MONOGRAPHIA

GENERIS

POTENTILLARUM

SCRIPSIT

JOANNES GEORG. CHRISTIANUS LEHMANN

MEDIC. ET PHILOSOPH. D. PHYSIC. ET HIST. NATURAL. PROF. P. BIBLIOTHECAE CIVITATIS HAMBURGENSIS PUBL. PRAEFECTUS. ACADEMIAE CAESAR. LEOPOLD. CAROL. NATURAE CURIOSORUM; SOCIETAT. HIST. NATURAL. BEROLINENS. HALENS. LIPSIENS. MARPURGENSIS, PHYTOGRAPH. RATISBON. HERBIPOL. MINERALOG. JENENSIS ET ALIAR. SOCIETT. LITT. SODALIS.

Πεπαιδευμένου — — ἐστὶν ἐπὶ τοσοῦτον τἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ᾽ ἕκαστον γένος, ἐφ᾽ ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται.

Ἀριστοτελ. Ἠθίκ. Νικομαχ Βιβλ. Α΄. Κεφαλ. ά.

CUM XX TABULIS AENEIS.

HAMBURGI, APUD HOFFMANN ET CAMPE. PARISIIS, APUD TREUTTEL ET WURTZ. LONDINI, APUD J. H. BOHTE.

MDCCCXX.

HISTORIA

GENERIS

POTENTILLARUM

CUM TABULIS AENEIS XX.

VIRO

CLARISSIMO DOCTISSIMO

CURTIO SPRENGELIO

PROFESSORI CELEBERRIMO

AMICORUM CARISSIMO

SACRUM.

PRAEFATIO.

Diutius quum jam versarer in eo, ut Potentillarum genus libello illustrarem separatim edendo, monographia de Potentilla a Nestlero edita mihi allata est. Itaque, quum, ita jam tractato aliquo plantarum genere, novam, quae mox sequeretur, ejusdem rei illustrationem fortasse supervacaneam visum iri arbitrarer aut certe non necessariam, primo omisi laborem institutum collocatamque operam in hoc plantarum genere illustrando. Quum autem ea, quae in hunc usum congesseram, et quae de hoc genere observasse mihi videbar, Potentillarumque numerum, quae in multorum annorum itineribus, maximis et copiosissimis herbariis perlustrandis, novisque et raris speciebus a viris artis botanicae studiosissimis peritissimisque benevole mecum communicatis mihi innotuerant, conferendi esset occasio cum iis, quae Nestlerus quem dixi libello praestitit; hanc animo suscepi opinionem, fortasse tamen vel sic operam hanc nostram non prorsus fore contemnendam, quoniam fere, in re quidem difficili et implicata, aliqua certe rei solet accedere utilitas, si plures, imparibus licet viribus, studium in ea operamque collocant. Quibus rationibus commotus, hominumque quorundam artis botanicae studiosissimorum pe-

ritissimorumque voluntati obsequutus atque sententiae, publici haec juris facere in lucemque emittere constitui.

Specierum omnibus notarum descriptiones, pluribus locorum, quos in synonymia indicavi, satis jam descriptarum, ne nimiam in molem excresceret libellus, quantum fieri potuit, in angustum conclusi, nec earum protuli imagines, quae jam in libello Nestleriano aliisve aliorum hominum scriptis satis distincte erant expressae.

Synonymiam ex iis, quae alio tempore de *utili* synonymia disputavi, tam plenam indicavi, quam literis utilitati fore videbatur resque patiebantur. Sed ne nimium hac re opus existeret, aliorum diagnoses omisi vel in speciebus minus cognitis. Quam rem eo magis excusatam fore speramus, quod in his, uberius a me descriptis, ea, quae dicta erant in diagnosi, repetita sunt in descriptione, siquidem cum natura congruere videbantur.

Utinam grata sit legentibus opera haec nostra atque exoptata. Hoc certe intelligent, ipsos nos rem examinasse seduloque, quae huc pertinerent, contulisse omnia, nec studium nobis defuisse aut diligentiam.

INTRODUCTIO.

Plantae generis Potentillarum, quae partim jam veterrimis partim superioribus notae fuerunt botanicis, iis a foliorum numero, communi petiolo insertorum Πενταφυλλον, sive *Quinquefolium*[1]), vel a similitudine harum plantarum *Pentaphylloides*[2]) vel a foliorum splendore argenteo *Argentina*[3]), vel ab effectu *Tormentilla*[4]), vel a potentia virium, quam putabant, *Potentilla*[5]) denominatae sunt. Cum autem plantarum genera signis characteristicis magis essentialibus sunt designata, quam ea, quae a foliorum numero et ab aliarum plantarum similitudine petuntur, *Potentillarum* nomen ad totam gentem designandam omnibus nominibus praecedentibus est substitutum.

Ac nonnullas plantas, quae a recentioribus botanicis huic generi sunt adnumeratae, Linnaeus partim peculiaria genera constituere par-

---

1) Sprengel. Hist. rei herb. Vol. I, pag. XI. 43. 93. 176. 222. 319. Tournef. Inst. rei herb. Tom. I. pag. 297.

2) Tournef. l. c. pag. 299.

3) [illegible]i Hist. plant. Vol. I. Lib. XII. pag. 6[illegible]7.

4) Linnaei phil. bot. edit. Spreng. pag. 209. Beckm. lexicon botan. pag. 212. Ventenat. Tableau du regne végétal. Tom. 3. pag. 3[illegible]6.

5) Linnaei phil. bot. ed. Spreng. pag. 209. B[illegible] l. c. pag. 197. Ventenat. Tableau du regne végétal. Tom. 3 pag. [illegible]47.

tim ad aliud genus pertinere putavit, *Fragariam sterilem* dico, *Comarum palustre* et utramque *Tormentillam*. Fragaria *sterilis*, quamquam toto habitu reliquis Fragariis simillima, optimo tamen jure ad Potentillarum genus relata videtur, accurata inquisitione omnium earum partium essentialium instituta, quae in his plantis ad genera constituenda optime adhiberi possunt, idque magis, cum ita tantum fieri possit, ut genera signis characteristicis omnibus speciebus communibus accurate distinguantur, Rothius olim hanc plantam ad genus *Comarum* retulit [6], in quo ipsum nonnulli botanici celeberrimi secuti sunt [7]. Lapeyrousius peculiaris generis typum agnoscit, quod nomine *Fragarum* designat [8], cujus signa characteristica a levissimis notis petita sunt, ut hoc genus agnosci non queat. Comarum palustre item nobis ex Scopoli sententia [9] omni jure ad genus Potentillarum relatum videtur [10], idque magis, cum nonnullae species generis Potentillarum, ut *P. rupestris*, receptaculum habeant spongiosum, unde etiam haec species jam ab antiquioribus botanicis *Quinquefolium fragiferum* appellata est [11]. Immortalis etiam Hallerus [12]) aliique plures plantarum scrutatores jam multis ante annis monuerunt, Comarum a Potentillarum genere non esse separandum. Villarsius medium putavit inter Potentillas et Fragarias [13]. Nostris autem temporibus, detectis speciebus nonnullis, ut Potentilla

---

6) Fl. Germ. T. I. pag. 224. T. 2. pag. 557.

7) Sprengel. Fl. Halens. pag. 148. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 558, Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 480.

8) Lapeyrouse Fl. Pyren. pag. 287.

9) Flora Carniolica ed. 2. Vol. 1. pag. 559.

10) Moench. Meth. pag. 657. (1794.) Roucel. Fl. du nord de la France Vol. 1. pag. 410. (1802.) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 36. (1816.)

11) Bauhin. pin. pag. 326. Tabernaemont. Kraeuterb. ed. Bauh. (1664.) pag. 352.

12) Hist. stirp. Helv. no. 1128.

13) Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 579.

comaroide Humboldti et Bomplandi, quae medium quasi constituunt inter Comarum palustre et ceteras hujus generis plantas, optimo jure reliquis adjungi potest haec planta Potentillis, quam si peculiare genus constituere volueris, plures Potentillarum jam diu cognitarum eo erunt referendae, quae a reliquis omnino separari non possunt.

De *Tormentillis* denique, facili negotio conspici posse videtur ex toto harum duarum plantarum habitu, eas reliquis Potentillis intima cognatione esse conjunctas. Petalorum foliolorumque calycinum numerus minor nihil aliud nisi pro abnormitate eo magis haberi posse videtur, quod plantae hae in pluribus regionibus a botanicis permultis calyce decem fido petalisque quinque repertae sunt [14]), quod in una eademque stirpe flores reperiuntur tetrapetali et pentapetali, foliolorum calycinum numero petalis respondente [15]), in regionibusque nonnullis hae plantae saepius occurrunt floribus pentapetalis quam in statu eo, quem abnormem putavimus [16]). Besserus etiam exempla se observasse dicit [17]) petalis sex foliolisque calycinis duodecim, Nestlerus [18] in herbario Jussieuiano petalis tribus foliolisque calycinis sex. Haud raro Potentilla *reptans* et P. *anserina* inveniuntur foliolis calycinis octo petalisque quatuor instru-

14) Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 167. Smith Fl. Britann. Vol. 2. pag. 553. Schkuhr. Bot. Handb. Vol. 2. pag. 59. tab. 136. h. Kunth. Fl. Berol. pag. 144. Curt. Fl. Lond. Fasc. 5. tab. 35. Roth. Fl. Germ. T. 2. P. 1. pag. 567. Lightfoot. Fl. Scot. Vol. I. pag. 275. Withering. Arrangement of. British Plants edit 4. Vol. 3. pag. 467. 468. Liljeblad. Svensk Flora. pag. 206. Schrank. Baiersche Flora. Tom. 2. pag. 54. Mapp. Hist. plant. Alsaticar. pag. 307.

15) Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 456. Sibth. Fl. Oxoniens. pag. 162.

16) Kraschenninikow. Fl. Ingria. pag. 82.

17) Besser. Primit. Fl. Gall. Vol. 1. pag. 336.

18) Monogr. de Pot. pag. 66.

ctae [19]), ipseque saepe in hoc statu observavi: quibus ex omnibus causis satis apparet, non sibi constare rationem in harum partium numero. Ipse Linnaeus conjunctionem utriusque generis, quam ista jam aetate botanici nonnulli [20]), post autem plures agnoverunt [21]), animo praevidisse videtur, cum jam in secunda generum plantarum editione ita hujus rei faciat mentionem: „genus hoc artificiale magis quam naturale „esse ipse agnosco, et qui illud conjungit cum genere Potentillarum „vix errat [22]).“

Sequuntur reliqua, quae de genere Potentillarum sunt notanda. Propriae earum sedes altiores sunt alpium tractus mediae et meridionalis Europae imprimisque Asiae orientalis. Nonnulla alpium juga species alunt ipsis proprias, aliae species communes sunt altioribus alpium regionibus, ut in singulis intelligetur in sequentibus. Attamen inveniuntur etiam, quae planitiebus tantum propriae, in collibus crescentes arenosis aut paludes unice sectantes, ut P. *palustris*, quae, ubi abundanter crescit, semper fere lacum turfosum saepe altissime jacentem indicat [23]).

A littoribus humillimis, quae fluctus saepe maris undantis lambiunt, quae P. *Anserina* unice sectari videtur, usque ad marginem nivis perennis in altissimis Europae alpibus, ubi ipsarum Salicum genus her-

19) Curt. Fl. Lond. Fasc. 5. tab. 35. Schrank. Baiersch. Flora. Vol. 2. pag. 53. Schkuhr. Bot. Handb. Vol. 2. pag. 54. 60.

20) Scopoli Fl. Carn. ed. 1. pag. 575.

21) Schreb. Gen. plant. Tom. 1. pag. 342. (1789.) Schrank. Baiers. Flora. Vol. 2. pag. 53. (1789.) Schrank. Pr. Fl. Salisburg. no. 471. pag. 132. (1792.) Savi. Fl. Pisana Tom. 1. pag. 485. (1798.) Sibth. Fl. Oxoniens. pag. 162. (1794.) Clairville. Manuel. d'herb. en Suisse pag. 162. (1812.) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 65. (1816.)

22) Gen. plant. ed. 2. pag. 221.

23) Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 467.

baceum fieri incipit, Potentillarum genus deprehenditur. Saepe in perlustratione regionum Europae australis et mediae montosarum plantarumque longe felicissimarum Potentillam *auream* videre memini cum speciebus nonnullis Gentianarum Ranunculorumque, cum Primula minima, Soldanella alpina, Saxifraga oppositifolia, Pedicularium que speciebus nonnullis, aliisque cum plantis pulcherrimis, alpium altissimarum ornamentis, flores aureas ad marginem nivis perennis explicare, eorumque temporum insignes et pulcherrimae imagines nunc etiam animum suavissime afficiunt, ut solet rerum jucundissimarum memoria.

In Americae calidioris montium jugis etiam Humboldtius Potentillam detexit in 1705 hexapodarum altitudine, et in alpium tractu, qui Europam ab Asia separat Pallasius plures invenit generis Potentillarum species his regionibus peculiares, quae in ea etiam altitudine laete crescunt, ubi perpauca tantum vegetationis vestigia reperiuntur.

Ex omnibus generis Potentillarum speciebus hucusque cognitis 26 in Europa, 24 in Asia, et nonnisi 9 in America his regionibus propriae inveniuntur. Perpaucae in duabus aut tribus terrae partibus sua sponte proveniunt, nec ulla hucusque in Nova Hollandia reperta est, duae tantum in Africa, quamquam harum regionum partes nonnullas botanici plures cum summa cura et diligentia perlustraverunt. Potentillarum nonnullarum in re medica usus a plurimis superiorum botanicorum et medicorum quam maxime commendatur [24]). Ac his temporibus plantarum vires medicae singulis morbis probatae in omnes saepe valere judicatae sunt. Nostris autem temporibus Pot. tantum *Tormentilla* reme-

24) Exemplum addere libet ex illo tantum libro, qui inscribitur Tabernaemontani Kraeuterbuch, ubi in editione Bauhiniana a. 1664. edita, pag. 556—559. Potentillarum usus medicus contra omnes fere omnino morbos commendatur.

dium adstringens adhibetur, cujus analysis chemica a Pfaffio [25]) et Neumannio [26]) instituta radicis substantiam praecipuam *Catechu* docuit esse simillimam, principiumque scytodephicum, quod omnibus hujus generis speciebus minus magis insitum est, hac in planta esse primarium. Ex radice succus extrahitur, qui siccatus substitui potest *Sanguini Draconum* [27]), materiae resinosae condensatae, quae ex fructibus maturis *Calami Draconis* aliarumque plantarum nonnullarum exsudat.

Major est nonnullarum specierum in re domestica utilitas. Linnaeus refert [28]) *Pot. Tormentillam* Lapponibus maxime usui esse, qui ea et pelles crudas coriaque et varia e lana confecta rubra tingunt, quod etiam in aliis regionibus fieri solet [29]). Incolae insularum Faroensium [30]) et Orcadum [31]), ubi haec planta frequentissima est, ea utuntur ad coria afficienda, quae, ut experientia docuit, firmiora evadunt iis, quibus efficiendis vulgari artificio cortex Quercus adhibetur [32]). Aliis in locis radix adhibetur aquae vitae tingendae [33]). Nonnullae gentes Sibiricae foliis pro thea utuntur, ex iisque, addita farina, butyro, sale,

---

25) Mat. Med. Vol. 2. Pars. 1. Sect. 2. pag. 210.

26) Chem. Vol. 2. Pars. 4. pag. 485.

27) Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 456. Schöpfer Fl. Oenipontana pag. 160. Braune Salzb. Fl. Vol. 2. pag. 86.

28) Fl. Lapp. ed. 1. pag. 171. Amoenitat. acad. Vol. 5. pag. 329.

29) Schreber neue Cameralschrift. Pars. 5. pag. 277.

30) Bertol. Act. Hafn. 1. obs. 119. eiusd. med. Dan. domest. pag. 23.

31) Curt. Fl. Lond. Fasc. 5. tab. 35. Lightfoot. Fl. Scot. Vol. 1. pag. 273. Martin Western islands. pag. 355.

32) Svensk. bot. Vol. 1. pag. 19. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 442. Curt. Fl. Lond. l. c. Lightfoot, Fl. Scot. l. c. Succow. oecon. Bot. pag. 418. Gleditsch. physik. bot. oecon. Abhandl. Vol. 1. pag. 18. Gött. gelehr. Anzeig. 1755. pag. 1306. Asso Synops. stirp. Aragoniae pag. 65. Schöpfer, Fl. Oenipont. pag. 160.

33) Oecon. tech. Flora der Wetterau Vol. 2. pag. 251,

jus coquunt [34]). Nonnulli scriptores imprimis subus saginandis aptam dicunt [35]), quae eam unice sectantur. Majoris utilitatis radix est *P. Anserinae.* Lightfootius aliique referunt [36]) in insulis Tirey et Col hanc radicem magni aestimari, quia incolae in victus caritate ea pro pane utantur, magnamque eos harum radicum copiam colligere. Aliarum regionum incolae radice hieme pro Pastinaca satina vescuntur [37]), totamque plantam et ad coria efficienda [38]), nigrumque colorem inducendum [39]), arenamque mobilem cohibendam adhibent [40]).

Pot. argenteae radice Islandiae incolae praesertim vere vescuntur [41]), in regionibusque nonnullis item adhibetur nigro colori inducendo [42]), coriis efficiendis [43]) arenaeque mobili cohibendae [44]). Ad radicem *P. reptantis*, quae etiam corio efficiendo adhibetur [45]), atque etiam ad radicem *P. vernae* in nonnullis regionibus insecta inveniuntur frequentissi-

---

34) Gmelins Reise Vol. I. Fl. der Wetterau. l. c.

35) Mattuschka. Fl. Silesiaca Vol. 1. pag. 463. Braune Salzburg. Fl. Vol. 2. pag. 86.

36) Lightfoot. Fl. Scot. Vol. 1. pag. 269. Sloane trav. 1. praefat. pag. XXI.

37) Wredow. Flora Meckelnburgs Vol. 2. pag. 502. Curt. Fl. Lond. Fasc. 3. Tab. 31. Braune. Salzburg. Fl. Vol. 2. pag. 74. Liljeblad. Svensk. Fl. pag. 204. Withering. Arrengement. of British pl. Vol. 3. pag. 464. Mattuschka. l. c. pag. 458. Baumg. Fl. Lips. pag. 280. Raii. Hist. pl. nt. Vol. 1. pag. 617.

38) Svensk. Botan. Vol. 3. pag. 152. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 442. Gleditsch physik. bot. oecon. Abhandl. Vol. 1. pag. 17. Schöpfer. Fl. Oenipontan. pag. 157. Mattuschka. l. c.

39) Krocker. Fl. Siles. Vol. 2. pag. 161. Braune Salzb. Fl. Vol. 2. pag. 74.

40) Fl. der Wetterau. Vol. 2. pag. 214. Gmel. Fl. Badens. l. c. Gleditsch. physik. bot. aecon. Abhandl. Vol. 2. pag. 98. Matthuschka. l. c. pag. 457.

41) Olafsens Reise durch Island. Vol. 1. pag. 10.

42) Flor. der Wetterau. Vol. 2. pag. 216, Wredow. l. c.

43) Flor. der Wetterau. l. c. Wredow. l. c.

44) Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 448.

45) Curt. Fl. Lond. Fasc. 1. Tab. 37. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 448.

ma, ex quibus pulcherrimus color carmosinus efficitur [46]). Foliis *P. reptantis Potentillaeque Tormentillae* in nonnullis locis pro remedio domestico utuntur [47]). Folia *P. fruticosae viscosaeque* secundum Pallasium a Mongolibus ad theam conficiendam adhibentur, quam, si folia sunt posterioris speciei, *Chatalsa* nominant [48]). Etiam radix *P. palustris* ad coria efficienda adhibetur [49]). Pigmentum rubrum inde extrahitur [50]), conficiturque etiam additis quibusdam aliis color coeruleus [51]).

Praeter has species aliae plures a nonnullis auctoribus ad varios usus maximeque ad coria efficienda commendatae sunt [52]). Traditur etiam, apes hujus generis plantas unice sectari [53]). Plures species hortorum ornamenta partim commendatae partim re ipsa adhibitae sunt.

---

46) Gmel. Reise durch Russland. Tom. 1. pag. 41. Pallas Reise. Vol. 1. pag. 165. Murray Opusc. Vol. 1. pag. 99.

47) Roucel. Fl. du nord de la France. Vol. 1. pag. 412. Flor. der Wetterau. Vol. 2. pag. 251. Allion. Fl. Pedemont. Tom. 2. pag. 58. Wredow. l. c. pag. 507. Martensteck Bonnisch. Flora. Vol. 1. pag, 205. Haller. Hist. stirp. Helv. No. 1118.

48) Magazin der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Siebent. Jahrg. pag. 287. Wredow. l. c. pag. 502.

49) Gleditsch physik. bot. oecon Abhand. Vol. 1. pag. 17. Wredow. l. c. pag. 509. Gmel. Fl. Badens. l. c. pag. 467. Braune. l. c. pag. 94. Krocker Fl. Siles. Vol. 2. pag. 185. Lightfoot. l. c. pag. 276.

50) Roncel. Fl. du nord. de la France. Vol. 1. pag. 411. Lightfoot. l. c. pag. 276. Linn. Amoenit. Acad. Vol. 5. pag. 330.

51) Haller. Hist. stirp. Helv. No. 1128. Linder Faergekonst. pag. 62.

52) Gmel. Fl. Sibir. Vol. 3. pag. 181. Wredow. l. c. pag. 505. 506. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 464. Mattuschka, l. c. pag. 458. 461, Gleditsch. physik. bot. oecon. Abhandl. Vol. 1. pag. 299. 304. Necker Deliciae Gallo-Belgicae, pag. 223. Linn. Amoenit. Acad. Vol. 5. pag. 523.

53) Gleditsch. Betracht. über die Beschaffenh. des Bienenstandes pag. 166. 204. 308. Abhandl. der Königl. Schwed. Acad. der Wissenschaften. Vol. 36. (1774.) pag. 31, Schrank, Baiersche Flora Tom. 2. pag. 50.

P. fructicosa in plurimis hortis invenitur, Potentillaque *alba*, quae praesertim etiam hanc ob causam hortis ornandis apta est, quod plerumque extremo autumno, pluribus plantis jam morientibus iterum flores explicat [54]), item in pluribus regionibus in hortis inducta est [55]).

Fortasse non erit supervacaneum, rem de *P. Tormentillae* radicibus notabilem monuisse, quas autumno lectas, recentes in tenebris sub ipsa aqua lucere dicunt [56]). Mihi autem, re iterum iterumque tentata, ipsi rem experiri non contigit. In causa fortasse fuit propria istarum radicum natura, qua non erant eae, quas ipse examinavi.

Recentiorum temporum detectionibus multitudo hujus generis specierum, cum plurimis reliquis plantarum generibus comparatione instituta, mirum in modum aucta est, Linnaeus in prima specierum plantarum editione (1753), adjunctis iis plantis, quae ex aliis generibus nunc huic adnumerantur, tantum 26 species indicavit, Willdenowius in sua specierum plantarum editione (1800) 45 enumerat. Persoonus in secundo volumine synopsis plantarum (1807) 57 species profert. Nestlerus (1816) in monographia de Potentilla, ut librum inscribere placuit suum, 68 species indicat, mihique 88 species enumerare contigit, licet plures hujus generis plantas, a superioribus botanicis peculiares species habitas, varietates tantum agnoscere queam.

Plurimae Potentillae radicem habent perennem, perpaucae annuam vel biennem, quae in plurimis ramosa, fibrosa et fibrillosa, in nonnullis lignosa, in perpaucis incrassata et fusiformis reperitur, in pluribusque summum tantum soli marginem occupat.

---

54) Jacq. Fl. Austr. Vol. 2. Tab. 115. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 451.

55) Wredow l. c. pag. 507.

56) Berliner Jahrbuch für die Pharmacie auf 1795. pag. 139.

Duae tantum Potentillae caulem agunt fruticosum, omnes reliquae herbaceum, in plerisque teretem habent, crassitie varia. Horum caulium longitudo in diversis peciebus, quam maxime est diversa, ita quidem, ut inter herbaceas species reperiantur aliarum caules vix digitalem, aliarum bi-vel tripedalem longitudinem attingentes. Inter majores enumerandae sunt *P. Pensylvanica viscosaque*, quae tamen in ipsa terra humosa locoque convenientissimo raro hanc longitudinem excedunt. Inter minimas referendae *P. nana Braunianaque*. Caules aut confertum formant caespitem, quod maxime observare licet in nonnullis speciebus in summis alpium jugis crescentibus, aut singuli nascuntur, suntque vel repentes, vel decumbentes, vel declinati, vel adscendentes, vel erecti, vel stricti, saepeque basi reliquiis foliorum emarcidis cooperti.

Maxima in foliis est diversitas, quum aliae folia habeant pinnata, aliae digitata, aliae ternata. Qua re usi sunt botanici, qua species, ad faciliorem conspectum, in tres sectiones dividerent.

Primae sectionis folia in omnibus sunt impari-pinnata: pinna terminali impari plerumque ceteris majore, quae in aliis confluentes in aliis brevi-petiolatae foliolis minoribus alternis vel oppositis in nonnullis sunt interruptae. Ab omnibus aliis hujus sectionis Potentilla *bifurca* eo maxime distat, quod pinnae plerumque sunt profunde-bifidae. Folii pinnarum numerus in diversis speciebus et in nonnullis speciebus in diversis foliis adeo unius ejusdemque plantae maxime est diversus, quae diversitas pro soli et loci natura major minorve est.

In secunda sectione, quae est foliis digitatis, longeque plurimas numerat species, aliae reperiuntur quinque, aliae septem aut novem foliolis in communi petiolo instructae. In pluribus foliolorum numerus, qui omnino in hac sectione multo magis variat, quam in sequenti, in superiore caule minor est: unde ex inferioribus foliis censeri solet nu-

merus. Duae tantum P., quae ad hanc sectionem pertinent, foliis sunt instructae pedatis.

In tertiae sectionis Potentillis foliolorum numerus, qui, ut ante dixi, in plurimis speciebus maxime constans est, ex totius plantae magnitudine aptus videtur; nam haec sectio plantas fere numerat humiliores.

Foliolorum forma in his omnibus sectionibus maxime est diversa. Foliola inveniuntur linearia, lanceolata, oblonga, elliptica, ovalia, ovata, obovata, cuneiformia, subrotunda, aut ejusmodi forma, quae ex pluribus earum, quas modo nominavi, conflata est.

Haud minor diversitas in margine apparet, qui in paucis paullulum est revolutus, in plurimis planus; et tum integerrimus vel integer, aequaliter vel inaequaliter, superne vel apice tantum folioli denticulatus, vel conniventi-dentatus, vel toto ambitu plus minusve simpliciter vel duplicato-serratus, vel dentatus, vel incisus, vel lobatus vel tam profunde incisus reperitur, ut foliola pinnatifida vel bi-tri-partita dici possint, etiam his formis saepe confluentibus. In perpaucis tantum, ut in *P. tridentata* et *biflora*, dentium vel laciniarum numerus omnino constat, in plurimis variat in diversis foliolis unius ejusdemque stirpis.

Indumentum, quod foliis plerumque cum reliquis partibus, flore excepto, est commune, in plurimis constat ex pilis simplicibus, mollibus, minus magis confertis, plus minusve adpressis patentissimisue, qui in duabus tantum hujus generis plantis, P. *viscosa* Potentillaeque *hirsutae* varietate, humorem exsudant subviscidum. In perpaucis tantum speciebus, ut in P. *acauli* et *velutina*, pili stellatim sunt dispositi, in nonnullisque indumentum adeo est confertum, ut tota planta adspectu sit incano, ut P. *candicans*, aut nitore quasi perfusa pulchre-sericeo, ut per totam Europam crescens P. *anserina*, locis limosis et

calcareis proveniens, P. *arguta*, *villosa* aliaeque. In nonnullis, ut in P. *multifida*, *virgata*, *nivea*, *macrantha*, *uniflora*, *angustifolia*, *speciosa*, inferior tantum foliorum pagina alba vel nivea, superior viridis est, in plurimis tamen nulla fere est in utraque pagina hoc loco diversitas,

Petiolus communis in diversis speciebus diversa est longitudine, supra fere sulcatus, infra convexus, basi plus minusve dilatatus vel caulem amplectens.

Stipulae, quae omnino in hujus generis plantis adsunt, fere petiolares, plus minusve vaginantes, substantia plerumque foliis simili, in paucis tantum scariosae; forma subulata, vel lineari, vel lanceolata, vel ovata, vel oblonga, vel subcordata, vel rhomboidia; margine vel integerrimo, vel integro, vel dentato, vel inciso, vel profundissime laciniato.

In pluribus speciebus flores reperiuntur in superiore caule in axillis solitarii, vel in ramis ramulisque sparsi; in multis corymbum constituunt vel paniculam, pedicellis inaequali longitudine, primariis plerumque ebracteatis, reliquis fere una vel duabus bracteis vel oppositis vel alternis, in diversis speciebus forma diversissima instructis.

Calycem constituit perianthium monophyllum planiusculum 10—fidum, in nonnullis interdum 8 — fidum vel 12 — fidum: laciniis vel foliolis duplici serie dispositis, quorum *exteriora* plerumque reliquis paullo sunt minora, quae ipsa semina maturescentia dense cooperiunt, eaque a vi externa defendunt capsulae valvularum instar, *exterioribus* minus magis patentibus.

Petala, quae in hoc genere quatuor ant quinque adsunt, foliolis calycinis exterioribus e regione posita reperiuntur, numeroque iis respondent. In plurimis foliolis calycinis sunt longiora, in nonnullis pari longitudine ant paullo breviora, calyci inserta unguibus brevibus aut insructa ant destituta. Etiam in forma petalorum diversitas de-

prehenditur; ex qua species nonnullae proxime cognatae facile distingui possunt. In plurimis petala inveniuntur obcordata, in aliis obovata, subrotunda, orbiculata, oblonga, spathulata, cuneiformia, aut integerrima aut apice emarginata.

Corolla in plurimis lutea, ut hic color sit in hoc genere primarius, in pluribus alba vel rubello halitu suffusa, in nonnullis colore persicino, in duabus atrorubens. Caerulea corolla in Potentillis non magis reperta est, quam Omphalodum species floribus luteis.

Rariores in hoc genere flores pleni inveniuntur, quam in multis proxime cognatorum. In perpaucis tantum speciebus, quantum scio equidem, a quibusdam scriptoribus observati sunt [57]), ipseque unum tantum P. *pedatae* vidi exemplar, in quo stamina nonnulla transire coeperant in petala. Notabile est, quod observavit Olafsenius [58]), P. *anserinam*, *Tormentillam* pluresque alias plantas in Islandia prope fontes calidos, ubi solum erat quam maxime calefactum, nascentes floribus plenis esse repertas.

Staminum numerus, quae calyci sunt inserta, in diversis floribus unius ejusdemque stirpis maxime est diversus. Primarii flores fere nonnullis staminibus ceteros superant. Ex omnium specierum comparatione medius staminum in uno flore numerus prope 20 prodit, ad quem tamen nonnullae non accedunt. Impari haud raro sunt longitudine, plerumque tamen omnia petalis breviora. Filamenta saepe colore sunt corollae, plerumque nuda, raro pilosa, ut in P. *caulescenti*, antherisque parvis, vel oblongis, vel subrotundis, vel ellipticis instructa, quae desiccatae tantum forma elongato - lunulata, vul-

---

57) Olafsen Reise durch Island. Vol. 2. pag. 181, Smith Fl. Britann. Vol. 2. pag. 553. Boehm. Fl. Lips. pag. 192. Haller Hist stip. Helv. No. 1122.

58) Olafsen l. c.

go ipsis tribui solita, reperiuntur, pollenque habent sub microscopio ovatum.

Styli sunt laterales, filiformes, staminibus ipsi fere breviores collocatione autem interdum ad eandem altitudinem adscendentes: stigmate obtuso. Magis etiam, quam staminum, ovariorum et stylorum numerus est incertus: quae in receptaculo communi persistente exsucco vel fungoso, magis minusve hemisphaerico, vel globoso, vel subconico; nudo aut piloso, vel lanato, vel villoso, vel lanuginoso, vel hirsuto collocata, capitulum formare videntur quod acheniis maturescentibus ut supra dixi, foliola calycina *interiora* cooperiunt.

Semina ipsa sunt achenia subovata vel subreniformia, lenticulari-compressa, glabra; in plurimis rugis deorsum versus utrumque seminis marginem divergentibus instructa; lutescentia vel mulattina, vel helvola, vel hepatica. Embryo albumine destitutus, solo epispermio tectus, semini conformis lacteus et inversus reperitur. Cotyledones binae suborbiculatae, exteriori latere compressae. Radicula brevis, teretiuscula, obtusa, supera.

Achenia in singulis speciebus non intra idem tempus germinant. Ex pluribus speciebus, in quibus feci experimentum, aliae germinarunt, rebus maxime adjutae die 7 aliae 12. P. *Norwegicae* achenia ante 6 ante lecta non germinarunt omnino [59]).

---

59 In libro, qui inscribitur: Hoppes botanisches Taschenbuch von 1798 pag. 79, achenia P. fragarioidis duodecimo demum die germinare dicuntur. Sed nec res indicatae sunt, quae germinationem effecerint, et acheniorum aetas ignota erat, ut hinc nihil effeci queat, quum praesertim admodum dubium mihi videatur, an achenia potentillae Fragarioidis fuerint, quum, quantum mihi notum, haec species nondum in hortis culta sit. In eodem libro botanico anni 1799. pag. 210 notatur, P. Clusianae achenia, lecta anno 1797, anno 1799 non germinasse.

Ex generibus Potentillis proxime cognatis ad has sine dubio *Trichothalamus*, *Fragaria*, *Duchesneaque* [60]), genus minus notum adhuc, quae adeo a nonnullis Fragaria est habita [61]), proxime accedunt. Sequuntur genera *Georum Dryadumque Siversiaque*, serius a Willdenowio genus distincta [62]), quam tamen peculiare genus non agnosco equidem.

Signa, quibus haec remotioraque et inter se distinguuntur et a Potentillis, satis indicata sunt in libris botanicis. *Waldsteiniam* Potentillisque toto habitu cognatam *Sibbaldiam*, quae secundum nonnullos antiquiores et recentiores botanicos unum cum Potentillis constituit genus [63]), quia in Sibbaldia *procumbenti* certe staminum pistillorumque numerum admodum variantem deprehendisse dicunt, in systemate maxime pervulgato ex certa plantarum constituendarum ratione, tam longe a Potentillis esse remotam, magnopere doleo.

Quum ex iis, quae de singulis organis hujus generis plantarum dicta sunt a nobis, iis comparatis, quibus genera proxime cognata distinguuntur, generis Potentillarum character essentialis per se appareat, statim ad earum historiam specialem venimus. In fine au-

---

60) *Duchesnea.* Smith in: Transact. of the Linn. Society. Vol. 10. pag. 371. Poiret. Enc. bot. Suppl. Tom. 4. pag. 541.

61) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 21. Andrew's Bot. Reposit. Vol. 7. tab. 479. Schrank pl. rar. hort. Monac. 59.

62) Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Fünft. Jahrg. (1811) pag. 398.

63) *Potentilla procumbens.*. Clairville Manuel d'Herb. en Suisse (1811) pag. 166. *Fragaria* Haller. Hist. stirp. Helv. No. 1116.

tem hujus introductionis verba adjicere lubet auctoris classici: *καὶ ἔστι γε τινὰ τῶν ἐν τῇ Φύσει, ὧν τὴν οὐσίαν νῦν ἄρτι ἀκρισέστερον ἐγνώκαμεν, ἐπὶ κοινῷ σκοπῷ πολλῶν συνεργησάντων· πολλὰ δὲ τῶν ἡμῖν ἔτι ἀγνώστων τῇ μελλούσῃ γενεᾷ ἀπόκειται ἑρμηνεῦσαι.*

POTENTILLA.

POTENTILLA. Richard. ap. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 5. tab. 1.

POTENTILLA. *Comarum. Fragariae species.* Linn. Gen. plant. edit. Schreb. no. 866. 869.

POTENTILLA. *Tormentilla. Comarum.* Iuss. Gen. plant. edit. Paris. pag. 337. 338.

TORMENTILLA. *Potentilla. Comarum.* Ventenat. Tableau du regne végétal. Tom. 3. pag. 346. 347. 348.

POTENTILLA. *Tormentilla. Comarum. Fragariae species.* Schkuhr. Bot. Handb. Vol. 2. pag. 52. 53. 59. 62. tab. 136. 138.

POTENTILLA. *Tormentilla. Comarum* Lamarck. Illustr. Gen. tab. 442. 444.

PENTAPHYLLUM. *Comarum* Gaertn. de fructib. et seminib. plant. Vol. 1. pag. 349. tab. 73.

TORMENTILLA. *Potentilla Fragariae spec.* J. St. Hilaire. Exposit. des familles naturell. Vol. 2. pag. 187. 188.

QUINQUEFOLIUM. *Tormentilla. Pentaphylloides. Fragariae spec.* Tournef. Inst. rei herbar. pag. 296. 297. 298. tab. 153.

POTENTILLA. *Tormentilla. Comarum.* Gesn. Tabulae phytogr. Vol. 2. tab. 34. no. 559. 560. 563.

SYNOPSIS SPECIERUM.

*) Foliis pinnatis.

1. *fruticosa.* P. caule fruticoso, foliis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis, petalis calyce longioribus.
2. *Salesovii.* P. caule fruticoso, foliis pinnatis, foliolis oblongis argute serratis subtus niveo tomentosis, petalis calyce brevioribus. Tab. I.
3. *bifurca.* P. caule procumbente, foliis pinnatis, foliolis subaequalibus oblongis bifidis integrisve extimis confluentibus.
4. *geoides.* P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis subrotundis sublobatis hirsutis extimis majoribus, calycibus obtusis corollam subaequantibus, stipulis multifidis. Tab. II.
5. *pimpinelloides.* P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis aequalibus subrotundis dentato-serratis, stipulis incisis.
6. *cicutariaefolia.* P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis cuneiformibus profunde-dentatis, stipulis subintegris.
7. *supina.* P. caule decumbente dichotomo, foliis pinnatis, foliolis oblongis inciso-serratis, pedicellis axillaribus solitariis.
8. *Ruthenica.* P. caule erecto diffuso, foliis radicalibus quinato-pinnatis caulinis ternatis, foliolis obovatis inaequaliter inciso-serratis, petalis calyce brevioribus,
9. *Dombeyi.* P. caule decumbente, foliis quinato-pinnatis ternatisque, foliolis obovato-cuneiformibus antice serratis.

10. *rupestris.* P. caule erecto dichotomo, foliis radicalibus pinnatis caulinis ternatis, foliolis subrotundis basi cuneatis serrato-dentatis, stipulis indivisis.

11. *Sprengeliana.* P. caulibus adscendentibus erectis, foliis pinnatis ternatisque, foliolis obovato-cuneatis serratis pubescentibus extimis subrotundis majoribus, stipulis integerrimis. Tab. III.

12. *fragarioides.* P. flagellis reptantibus, foliis radicalibus pinnatis caulinis ternatis, foliolis ovalibus argute-serratis sericeis extimis majoribus confluentibus, stipulis serratis. Tab. IV.

13. *palustris.* P. radice repente, caule adscendente, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis acute-serratis, petalis lanceolotis acuminatis calyce multo brevioribus.

14. *Pensylvanica.* P. caule erecto stricto, foliis interrupte-pinnatis tenuissime-tomentosis, foliolis majoribus oblongis truncatis inciso-serratis, minoribus integerrimis lacinias majorum aequantibus, stipulis subindivisis.

15. *viscosa.* P. caule erecto, foliis pinnatis viscido-pubescentibus foliolis lanceolatis inciso-serratis superioribus confluentibus, stipulis incisis.

16. *Filipendula.* P. caule erecto, foliis interrupte-pinnatis patenti-pilosis, foliolis lanceolatis pinnatifido-serratis, minoribus integerrimis, extimis confluentibus, stipulis incisis.

17. *tanacetifolia.* P. caule adscendente, foliis pinnatis hirsutissimis, foliolis lanceolatis pinnatifido-serratis, summis oppositis, terminale petiolatum, stipulis laciniatis.

18. *Sanguisorba.* P. caule erecto, foliis pinnatis utrinque glaberrimis, foliolis obovatis obtuse-serratis, stipulis incisis. Tab. V.

19. *arguta.* P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis obovatis pectina-

tim-pinnatifidis, supra sericeo-argenteis, subtus niveo-tomentosis, stipulis rhomboideis incisis.

20. *agrimonioides*. P. caule adscendente, foliis utrinque pubescenti-villosis, foliolis obovato-oblongis obtusis inciso-dentatis, dentibus obtusis divaricatis, stipulis subintegris.

21. *multifida*. P. caule decumbente, foliis pinnatis, foliolis oblongis pinnatifidis, supra glabriusculis subtus incanis, stipulis ovatis subintegris,

22. *sericea*. P. caule adscendente paucifloro, foliis pinnatis, foliolis ovatis pinnatifidis utrinque tomentosis subtus incanis, stipulis lanceolatis integerrimis. Tab. VI.

23. *candicans*. P. caule adscendente paucifloro, foliis inordinate-pinnatis, foliolis inaequalibus profunde pinnatifidis utrinque sericeis candicantibus, stipulis incisis integrisve.

24. *verticillaris*. P. caule adscendente, foliis pinnatis, foliolis angusto-linearibus subtus niveo-tomentosis margine revolutis geminatis, terminali trifido, stipulis incisis.

25. *Anserina*. P. caule repente, foliis interrupte-pinnatis, foliolis argute-serratis sericeis, pedicellis axillaribus solitariis longitudine foliorum, stipulis multifidis.

26. *Egedii*. P. caule brevissimo subramoso, foliis pinnatis, foliolis ovalibus pinnatifido-incisis glaberrimis, pedicellis axillaribus solitariis folio longioribus, stipulis integerrimis.

**) Foliis digitatis.

27. *virgata*. P. caule erecto virgato, foliis novenatis septenatisve, foliolis lanceolatis pinnatifidis supra glabris subtus niveo-tomentosis, corollis parvis, petalis obovatis integerrimis.

28. *divaricata.* P. caule erecto, foliis septenatis quinatisve, foliolis oblongis basi longe angustatis profunde-serratis g abriusculis, petalis obcordatis calycem aequantibus.

29. *Astrachanica.* P. caule adscendente dichotomo, foliis radicalibus quinatis, foliolis oblongis obtuse-dentatis, caulinis edentulis tripartitis pubescenti pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus.

30. *erecta.* P. caule erecto, foliis septenatis quinatisque, foliolis oblongis inciso-serratis patenti-pilosis, petalis calycem superantibus obcordatis (pallidis.).

31. *obscura.* P. caule erecto rubente, foliis septenatis quinatisque, foliolis ovali-oblongis inciso-dentatis adpresso-pilosis, petalis calycem vix aequantibus obcordatis (aureis.).

32. *pedata.* P. caule erecto rubente, foliis septenatis quinatisque pedatis, foliolis lanceolatis serratis subtus margineque pilosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

33. *laciniosa.* P. caule erecto rubente, foliis septenatis quinatisque, foliolis oblongis laciniato-pinnatifidis pilosis, petalis obcordatis calyce multo longioribus. Tab. VII.

34. *geranioides.* P. caule debumbente, foliis septenatis quinatisque, foliolis cuneiformibus subpalmato-pinnatifidis prolixe-pilosis, laciniis linearibus, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

35. *hirta.* P. caule erecto paucifloro, foliis septenatis quinatisque foliolis cuneiformibus superne incisis prolixe-pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus. Tab VIII.

36. *Taurica.* P. caule erecto multifloro, foliis quinatis, foliolis obovatis basi cuneatis antice serratis adpresse-pilosis sericeis, petalis obcordatis calyce paullo longioribus. Tab. IX,

37. *canescens.* P. caule multifloro, foliis quinatis, foliolis oblongo-cuneiformibus profunde-serratis supra adpresso-pilosis subtus canescentibus tomentosis, petalis obcordatis calyce aequalibus.

38. *argentea.* P caule adscendente, foliis quinatis, foliolis cuneiformibus superne incisis margine revolutis subtus candido-tomentosis, petalis retusis calyce paullo longioribus.

39. *Güntheri.* P. caule diffuso debili, foliis inferioribus quinatis superioribus ternatis, foliolis cuneatis superne acute-serratis margine planis, subtus canescentibus, petalis retusis calyce paullo longioribus. Tab. X.

40. *collina.* P. caule adscendente, foliis inferioribus quinatis superioribus ternatis, foliolis cuneiformibus apice obtuse-dentatis margine planis subtus canescenti-tomentosis, petalis subretusis calyce longioribus.

41. *intermedia.* P. caule suberecto dichotomo, foliis infimis septenatis, caulinis quinatis ternatisque, foliolis obovato-oblongis subglabris, panicula foliosa, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

42. *incisa.* P. caule decumbente dichotomo, foliis infimis quinatis, caulinis ternatis, foliolis cuneiformi-oblongis apice incisis subtilissime pilosis, petalis cuneatis retusis calyce paullo longioribus

43. *patula.* P. caulibus subdeclinatis, foliis infimis septenatis quinatisque, rameis ternatis trifidisve, foliolis cuneatis superne inciso-serratis subtus pilosis, petalis obcordato-subrotundis calycem superantibus.

44. *opaca.* P. caule decumbente filiformi, foliis infimis septenatis quinatisque, foliolis lanceolato-cuneiformibus profunde

serratis utrinque prolixe-pilosis, petalis obcordatis calycem aequantibus.

45. *verna.* P. caule declinato, foliis infimis quinatis, foliolis obovato-cuneiformibus superne profunde-serratis utrinque pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus.

46. *crocea.* P. caule adscendente, foliis infimis quinatis, foliolis oblongo-cuneatis rotundato-obtusis subhirsutis superne inciso-dentatis, dentibus obtusis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

47. *ranunculoides.* P. caule erecto paucifloro, foliis radicalibus septenatis quinatisve, foliolis obovato-subrotundis obtuse-dentatis subglabris, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

48. *aurea.* P. caule adscendente, foliis radicalibus quinatis, foliolis oblongo-cuneiformibus intermediis petiolatis superne dentato-serratis subsericeis margine sericeo-ciliatis, petalis obcordatis calyce fere duplo longioribus.

49. *Canadensis.* P. caule adscendente debili, foliis radicalibus quinatis, foliolis sessilibus obovato-cuneiformibus superne acute-serratis candicanti-sericeis, petalis orbiculatis subintegris longitudine calycis.

50. *petraea.* P. caule adscendente, foliis quinatis, foliolis cuneiformi-rhomboideis superne inciso-serratis utrinque sericeis incanis, corollis parvis, petalis obcordato-subrotundis calycem superantibus. Tab. XI.

51. *subacaulis.* P. caule decumbente, foliis quinatis ternatisve, foliolis obovatis rotundato-obtusis crenatis, pilis adpressis stellatis subincano-tomentosis, petalis obcordatis calyce fere duplo longioribus.

52. *Valderia.* P. caule suberecto, foliis septenatis quinatisve, foliolis

obovatis serratis subsericeo - tomentosis subtus incanis, petalis obovato - oblongis vix emarginatis calyce brevioribus.

53. *lupinoides.* P. caule erecto, foliis septenatis quinatisve, foliolis obovatis rotundato - obtusis apice conniventi - serratis sericeo - villosissimis, stipulis maximis, petalis obcordatis calyce brevioribus.

54. *Clusiana.* P. caule adscendente paucifloro, foliis radicalibus quinatis, superioribus ternatis, foliolis ovali - cuneiformibus apice conniventi - tridentatis pubescentibus, petalis subrotundis calycem superantibus.

55. *caulescens.* P. caule adscendente debili multifloro, foliis radicalibus quinatis, caulinis ternatis, foliolis obovatis subcuneatis superne conniventi - serratis margine pilosis, petalis obovato-cuneiformibus vix emarginatis calycem aequantibus.

56. *alba.* P. caule procumbente debili paucifloro, foliis inferioribus quinatis, superioribus ternatis, foliolis oblongis apice conniventi - serratis, supra glabris subtus sericeo - canescentibus, petalis obcordatis calycem superantibus.

57. *alchemilloides.* P. caule suberecto multifloro, foliis quinatis septenatisve, foliolis oblongo - lanceolatis apice conniventi - subtridentatis, supra glabris subtus sericeo - argenteis, petalis ovato - oblongis emarginatis calyce paullo longioribus.

58. *comaroides.* P. caule adscendente, foliis radicalibus quinatis caulinis ternatis, foliolis ellipticis subquinquedentatis, supra subglabris, subtus sericeo - canis, petalis obcordatis calyce multo longioribus (atropurpureis).

59. *stipularis.* P. caule erecto debili, foliis inferioribus septenatis, superioribus ternatis, foliolis lineari - oblongis tridentatis sub-

glabris, stipulis maximis dilatatis, petalis obovatis vix emarginatis calyce longioribus, receptaculo glabro.

60. *flagellaris.* P. caule sarmentoso filiformi, foliis quinatis, foliolis lanceolatis serratis subglabris, pedicellis axillaribus solitariis filiformibus elongatis, petalis obovatis integerrimis calyce paullo longioribus. Tab, XII,

61. *simplex.* P. caule sarmentoso, foliis quinatis, foliolis oblongo-ovalibus serratis subtus subpilosis pedicellis axillaribus solitariis longitudine foliorum, petalis rotundatis vix emarginatis calyce paullo longioribus.

62. *reptans.* P. caule repente, foliis quinatis foliolis obovato-cuneiformibus argute-serratis pilosis, pedicellis axillaribus solitariis folio longioribus, petalis obcordatis calyce longioribus.

63. *nemoralis.* P. caule prostrato filiformi, foliis quinatis ternatisque subpedatis, foliolis obovatis basi cuneatis superne inciso-serratis subtus adpresso-pilosis, pedicellis axillaribus solitariis elongatis, floribus subtetrapetalis, petalis obcordatis. Tab. XIII.

***) Foliis ternatis

64. *Tormentilla.* P. caule adscendente dichotomo, foliis ternatis caulinis sessilibus, foliolis lanceolato-ovalibus inciso-serratis, pedicellis solitariis dichotomalibus lateralibusque, corollis subtetrapetalis, petalis obcordatis.

65. *Norwegica.* P. caule erecto superne dichotomo, foliis ternatis petiolatis, foliolis oblongis acute-serratis patenti-pilosis, pedicellis axillaribus, petalis obovatis calyce brevioribus.

66. *hirsuta.* P. caule erecto simplici, foliis ternatis petiolatis, foliolis subrotundis hirsutis inaequaliter dentato-serratis, dentibus obtusis, petalis calyce brevioribus.

67. *elatior.* P. caule erecto longissimo, foliis ternatis petiolatis, foliolis ovalibus acute-serratis venosis utrinque subglabris, petalis obovatis integerrimis calycem paullo superantibus. Tab. XIV.

68. *micrantha.* P. caulibus prostratis hirsutis unifloris, foliis ternatis foliolis ovatis obtusis serratis basi inaequalibus sericeis, petalis ovalibus subintegerrimis calyce dimidio brevioribus.

69. *Fragaria.* P. caulibus decumbentibus bifloris, foliis ternatis, foliolis ovalibus acute-serratis retusis subsericeis subtus canescentibus, petalis obcordatis calycem aequantibus.

70. *fragiformis* P. caule erecto paucifloro, foliis ternatis, foliolis obovato-subrotundis obtuse-dentatis utrinque patenti-pilosis margine villosis, petalis obcordatis calyce paullo longioribus. Tab. XV.

71. *grandiflora.* P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundo-ovalibus acute-serrato-dentatis adpresso-pilosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

72. *villosa.* P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundo-cuneiformibus serratis, supra sericeo-villosissimis nitidis, subtus cano-tomentosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus. Tab. XVI.

73. *speciosa.* P. caule suberecto corymboso, foliis ternatis, foliolis ellipticis apice serratis, supra pubescentibus, subtus niveo-tomentosis, petalis spathulatis integerrimis calyce paullo brevioribus.

74. *velutina* P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis cuneiformibus truncatis apice obtuse-dentatis, pilis fasciculatis utrinque canescentibus velutinis, petalis subrotundis integerrimis calyce paullo longioribus.

75. *Vahliana.* P. caule erecto subunifloro, foliis ternatis, foliolis lateralibus cuneiformibus trifidis, terminali rhomboideo, hirsutissimis subtus nitidis albo-flavescentibus, petalis subreniformibus calyce duplo longioribus.

76. *emarginata.* P. caule assurgente paucifloro, foliis ternatis, foliolis inciso-dentatis utrinque hirsutis, pedicellis terminalibus elongatis, petalis cuneato-oblongis emarginatis calyce duplo longioribus.

77. *splendens.* P. caule decumbente radicante, foliis subternatis, foliolis ovali-oblongis antice conniventi-serratis apice retusis, sericeis subtus glaucescenti-canis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

78. *frigida.* P. caulibus decumbentibus paucifloris, foliis ternatis, foliolis undique hirsutis ovalibus serratis, serraturis rotundato-obtusis, petalis calycem vix aequantibus.

79. *Brauniana.* P. caulibus humifusis subunifloris, foliis ternatis, foliolis cuneiformibus antice acute-serratis, supra glabris, subtus margineque pilosis. petasis obcordatis calyce longioribus.

80. *nana.* P. caule erecto subunifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundo-obovatis, obtuse-dentatis utrinque pilosis, subtus canescentibus, petalis obcordatis calyce triplo longioribus. Tab. XVII.

81. *macrantha.* P. caulibus erectis paucifloris, foliis ternatis, foliolis ovatis superne incisis, supra pilis raris adspersis, subtus albido-villosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

82. *uniflora.* P. caule erecto unifloro, foliis ternatis, foliolis ovatis cuneatis antice inciso-serratis margine revolutis, supra subvillosis, subtus niveo-tomentosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus. Tab. XVIII.

83. *nivea.* P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis obovali - cuneiformibus margine planis inciso - serratis, supra subhirsutis, subtus niveo-tomentosis, petalis lato-obcordatis calyce paullo longioribus.

84. *angustifolia.* P. caule adscendente multifloro laxo, foliis ternatis foliolis angusto-lanceolatis serratis margine revolutis, supra subglabris, subtus niveo - tomentosis, petalis obcordatis calycem vix superantibus. Tab. XIX.

85. *nitida.* P. caule adscendente subunifloro, foliis ternatis foliolis obovato-cuneiformibus apice conniuenti - tridentatis, utrinque sericeo-villosis argenteis, petalis obovalis emarginatis calyce longioribus.

86. *Bocconi.* P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis foliolis ellipticis, utrinque sericeo - canis, apice retusis conniventi - tridentatis, dentibus minutis.

87. *tridentata.* P. caule adscendente, foliis ternatis, foliolis oblongo-cuneiformibus apice tridentatis, supra glabriusculis, subtus pubescentibus glaucescentibus.

88. *biflora.* P. caule erecto apice subbifloro, foliis ternatis tenuissime pilosis, foliolis lateralibus profunde bipartitis, terminali tripartito, segmentis linearibus integerrimis margine ciliatis. Tab. XX.

*) FOLIIS PINNATIS.

I. POTENTILLA FRUTICOSA.

P. caule fruticoso, foliis pinnatis, foliolis oblongo-lanceolatis integerrimis, petalis calyce longioribus.

Syn. P. (*fruticosa*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 30. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 475. de Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag. 540. Synops. pag. 334. Fl. Franç. Vol. 4. no. 3731. Swartz. Summa veget. Scandinav. pag. 18. Pursh. Fl. Amer. sept. Vol. 1. pag. 355. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 287. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 273. Willd. berlinisch. Baumz. ed. 2. pag. 295. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 552. Desfont. des arbr. et arbustes. Tom. 2. pag. 196. Bieb. Fl. Taurico-Caucaf. Vol. 1. pag. 403. Pers. Synops plant. Vol. 2. pag. 53. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 584. Michaux Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag. 304. Smith. Fl. Brit Vol. 2. pag. 547. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1094. Moench. Meth. pag. 657. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1471. Retz Pr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 96. Linn. Fl. Suec. ed. 2. pag. 176. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 709.

P. (*prostrata*) Lapeyr. Suppl. Fl. Pyren. pag. 67.

P. (*fruticosa variet. α vulgaris*, *β grandiflora*, *γ* Pyrenaica.) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 284.

β. foliis utrinque glabris.

P. (*Davurica*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 541. Nestl. Monogr. pag. 31.

P. (*glabrata*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde. l. c p. 285. ex autopsia herb. Willd.)

P. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 180. no. 26. Amm. Stirp. rar. Ruth. pag. 88. no. 114.

γ. foliis angustioribus densissime pilosis cinereis.

P. *fructicosa variet* β. Nestl. Monogr. pag. 30. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 584. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1094.

P. (*tenuifolia*) Conspect Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde. l. c.

P. (*floribunda*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 540. Pursh. Fl. Americ. septentr. Vol. 1. pag. 355.

P. Amm. Stirp. rar. Ruth. pag. 89. no. 115.

Icon. α. Svensk bot. tab. 253. (optima). Nestl. Monogr. tab. 1. fig. A. Engl. bot. Vol. 2. tab. 88. (optima). Duh. des arb. et arb. ed. 1. tab. 20. (mala). ed. 2. tab. 4. (optima). Moris. Hist. Vol. 2. Sect. 2. tab. 23. fig. 5. (bona). Raii. Cat. ed. 2. 228. tab. 1. (bona). Walth. Design. plant. hort. Lips. tab. 17. (bona). Hort. Angl. tab. 54. (tabula non inspecta). Pet. opera ad hist. nat. spect. Vol. 2. tab. 41. fig. 8. (mediocr.)

β Nestl. Monogr. tab. 1. Amm. Stirp. rar. Ruth. tab. 17. (mediocr).

Crescit in Anglia, Oelandia australi, Pedemontio et in Pyrenais orientalibus, in Armenia. Davuria, Sibiria, Americaque septentrionali. Ornamentum per totam Europam in hortis colitur. Floret inde a mense Junio usque ad extremum autumnum. ♄. (v. v.)

Descriptio.

Fruticulus romosissimus, 2—4 pedalis, cortice fusco solubili, epidermide in ramis senioribus dehiscente. Folia inferiora petiolata, impari-pinnata, bijuga aut trijuga, suprema subsessilia ternata. Foliola oblongo-lonceolata integerrima, apiculo brevissimo notata, *inferiora* opposita *superiora* tria confluentia et decurrentia, *omnia supra* subglabra, juniora pilis incumbentibus sericea, *subtus* pallidiora subcanescentia. Stipulae lanceolatae membranaceae scariosae, superne pilosae. Flores paniculati ramos omnes terminantes: pedicellis elongatis pilosis in medio plerumque bractea simplici vel duabus oppositis instructis. Calyces subvillosi: foliolis *exterioribus* lanceolatis per florescentiam saepe excrescentibus: demum oblongis vel subspathulatis, interdum bifidis aut incisis; *interioribus* pallide-viridibus semiovatis acuminatis. Corolla lutea patentissima: petalis obovato-subrotundis integerrimis calycem plus minusve superantibus. Receptaculum hemisphaericum villosum.

Obs. Variat quam maxime in diversis regionibus pro loci et soli natura, praesertim magnitudine totius plantae ramorumque directione foliorum longitudine latitudine indumentoque, quae in speciminibus ex Pyrenaeis orientalibus Oelandiaque australi allatis pilis densis utrinque hirsuta nec subvillosa reperiuntur; in iis autem, quae in Caucaso meridionali et in Davuria lecta sunt, folia utrinque glabra, et in speciminibus e Sibiria transbaicalensi e nonnullisque Americae septentrionalis regionibus subtomentosa cinerea et argentea vidi. Etiam foliola calycina exteriora, a Nestlero nomine bractearum notata, in diversis speciminibus et in diversis floribus ejusdem stirpis latitudine et longitudine quam maxime variant. Ante anthesin plerumque lineari-lanceolata, per florescentiam,

ubi haud raro bifida interdum incisa reperiuntur, oblongam formam sensim sensimque assumentia.

Tantum ex omnium harum varietatum similitudinumque accurata instituta collatione comparationeque, omnes has primo adspectu tam diversas plantas ad unam eandemque speciem pertinere, certo constitui potest.

II. POTENTILLA SALESOVII.

P. caule fruticoso, foliis pinnatis, foliolis oblongis argute-serratis subtus niveo-tomentosis, petalis calyce brevioribus.

Syn. P. (*Salesovii*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 538. Nestl. Monogr. de Pot. pag. 31. Willd. Enumerat. plánt. Vol. 1. pag. 552. Stephan in literis.

Icon. Tab. I.

Crescit in Sibiria. ♄. (v. s.)

D e s c r i p t i o.

Caulis fruticosus cortice fusco instructus. Folia petiolata imparipinnata plerumque trijuga. Foliola brevi-petiolata, oblonga, argute-serrata, versus basin integerrima, *supra* pallide-viridia, pubescentia, *subtus* niveo-tomentosa. Stipulae ovatae, acuminatae, integerrimae, margine scariosae. Flores in summo caule congesti, brevi pedicellati: pedicellis albo-tomentosis. Calyces basi villosi; foliola purpurascentia, acuminata, *exteriora* linearia, breviora; *interiora* maxima, ovata. Corolla alba: petalis obovatis integerrimis, unguiculatis calyce paullo brevioribus. Receptaculum hemisphaericum lanuginosum.

III. POTENTILLA BIFURCA.

P. caule procumbente, foliis pinnatis, foliolis subaequalibus oblongis bifidis integrisve extimis confluentibus.

Syn. P. (*bifurca*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 33. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 457. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 274. Bieb. Fl. Taurico-caucas. Vol. 1. pag. 404. Pers. Synops. plant Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 587. (nomine P. bifurcatae) Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1098. Krocker. Fl. Siles. Vol. 2. pag. 164. Hoffm Deutsch. Fl. 1791. pag. 178. (Gmel. it. Vol. 1. pag. 149. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 182. no. 30. Amm. Stirp. rar. Ruth. pag. 91. no. 116. pag. 92. no. 117.) Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 711.

Icon. Gmel it. Vol. 1. tab. 27. fig. 1. (bona). Falk Beyträge zur Kenntniss des russisch. Reichs Vol. 2. tab. 10. (bona). Buxb. Cent. 1. tab. 49 fig. 1, (mala).

Crescit in Caucasi et Iberiae campestribus apricis, in Sibiria transbaicalensi et in Silesia. Floret per totam fere aestatem. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix lignosa, extus nigro-fusca. Caules procumbentes, spithamaei, basi reliquiis foliorum emarcidis instructi, foliosi. Folia alterna, petiolata, impari-pinnata, multijuga. Foliola sessilia aequali longitudine, opposita, alternaque, suprema confluentia, oblonga, integerrima, margine subrevoluta, nunc integra, nunc profunde bifida, termi-

nale trifidum, *omnia* venosa, in locis humosis subtilissime pubescentia vel subglabra, laete-viridia, subtus pallidiora, in locis sterilibus pilis densis incumbentibus subsericea et canescentia stipulae petiolares basi vaginantes *inferiores* lanceolatae integrae, *superiores* incisae. Flores in summis caulibus subpaniculati, bracteati; pedicellis filiformibus, pilis patentibus densis instructis. Calyces pilosi: foliolis aequali fere longitudine oblongo-lanceolatis. Corolla pallide-lutea: petalis obovatis integerrimis calycem superantibus. Receptaculum villosum.

IV. POTENTILLA GEOIDES.

P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis subrotundis sublobatis hirsutis extimis majoribus, calycibus obtusis corollam subaequantibus, stipulis multifidis.

Syn. P. (*geoides*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 537. Nestler Monogr. pag. 37. Bieberst. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1, pag. 404.

P. (*fragarioides*) Habl. taur. pag. 147. Geum (*potentilloides*) Pall. ind. taur.

Icon. Tab. II.

Crescit in Tauriae rupestribus, ad fontes rivi *Salgir* et in monte *Tschaturdag*, versus cacumen. Floret mense Majo, Junio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Tota planta saturate-viridis, molliter-hirsuta: hirsutie subrufa. Radix ramosa, extus fusca. Caulis solitarius vel caules plures suberecti, teretes, dodrantales et longiores, pilis patentibus hirsuti, pauciflori. Folia *radicalia* patentissima, longitudine fere caulium, imparipinnata, longe-petiolata: petiolis supra canalicula notatis, basi dilatatis vaginantibus. Folia *caulina* brevius petiolata, *summa* ternata, subsessilia. Foliola plerumque 7, interdum plures, opposita, brevi-petiolata,, subrotunda, duplicato-crenata, superne sublobata: lobis bi-trifidis *superiora* sensim majora, latere superiori basi paullulo breviora, *supremum* maximum basi aequale. Stipulae incisae multifidae. Flores erecti, plus minusve pedicellati, in summo caule paniculam subdichotomam constituentes, vix magnitudine florum Gei urbani. Foliola

calycina aequali fere longitudine, *exteriora* lineari-lanceolata, obtusiuscula reliquis triplo vel quadruplo minora, *interiora* ovato-oblonga, rotundato-obtusa, antice denticulata. Corolla lutea: petalis rotundato-obovatis, integerrimis, versus basin angustatis, erecto-patentibus, calyce paullo longioribus. Receptaculum pilosum: acheniis ovatis, glabris, fuscescentibus.

V. POTENTILLA PIMPINELLOIDES.

P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis aequalibus subrotundis dentato-serratis, stipulis incisis.

Syn. P. (*pimpinelloides*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 32. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 275. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 587. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1098. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 711.

Icon. Nestl. Monogr. tab. 2. fig. 1. Buxb, Cent. 1. tab. 48. (mala).

Crescit in Armenia, locis saxosis. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules ex una radice plures, basi erecti, reliquiis foliorum emortuis tecti, foliosi, simplices, superne in pedunculos paniculam constituentes divisi, pilisque patentibus mollibus uti petioli instructi. Folia petiolata erecto-patentia impari-pinnata, 6 – 10 juga. Foliola aequali longitudine, alterna, utrinque tenuissime pilosa, subrotunda, dentato-serrata, serraturis in inferioribus foliis rotundato-obtusis in superioribus acutis; *inferiora* foliola brevi-petiolata, *summa* confluentia magis oblonga. Stipulae profunde 3 — 4 fissae: laciniis lineari-lanceolatis. Flores in summo caule erecti, paniculam constituentes, pedicellati. Pedicelli filiformes pilis densis mollibus patentibus villosi, inferiores elongati, superiores breviores, bracteis lanceolatis suffulti. Calyces basi villosi; foliola inaequalia, *exteriora* lanceolata, *interiora* semiovata reliquis breviora. Corolla flava: petalis obcordatis calycem paullo superantibus. Receptaculum pilosum.

VI. POTENTILLA CICUTARIAEFOLIA.

P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis cuneiformibus profunde-dentatis, stipulis subintegris.

Syn. P (*cicutariaefolia*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 32. Pers. Synops. plant. Vol 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 587. Willd. Spec. plant. T. 2. P 2. pag. 1098.

Icon Nestl. Monogr. tab. 2. fig. 2.

Crescit in Galatia. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix simplex lignosa. Caules ex eadem radice plures, spithamaci et longiores, erecti, simplices adpresso - pilosi. Folia pinnata multijuga, foliis Erodii cicutarii simillima) Foliola subaequalia, cuneiformia superne profunde - dentata, *inferiora* sessilia, opposita, *superiora* confluentia et decurrentia, utrinque pilis raris adspersa. Stipulae petiolares, ovali - lanceolatae, acutae, integerrimae, rarius apice denticulatae, subpilosae Flores erecti, bracteis foliolorum fere forma suffulti, in panicula terminali dichotoma, subcorymbosa dispositi. Calyces basi pilosi: foliolis aequalibus ovali - lanceolatis. Corolla flava:, petalis calycem aequantibus obovatis, laevissime emarginatis, patentibus, Receptaculum convexum, glabrum: acheniis minutis.

VII. POTENTILLA SUPINA.

P. caule decumbente dichotomo, foliis pinnatis, foliolis oblongis inciso-serratis, pedicellis axillaribus solitariis.

Syn. P. (*supina*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 38. Horn. Hort. Hafn. Vol 2. pag. 476. Pursh. Fl. Americ septentr. Vol. 1. pag. 356. Wahlenb Fl. Carpathor. no. 504. Clairville Manuel d'herbar. en Suisse pag. 167. Ait. Hort. Kew ed. 2. Vol. 3. pag. 275. Heller. Fl. Wirceburg P. 1. pag 527. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 553 Besser. Pr Fl. Gall. Austr utriusq no. 605. Bieberst. Fl. Taurico-Caucas Vol. 1. pag. 405. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Spreng. Fl. Halens pag 148. De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Franc. no. 3733 Smith. Tr. Flor. Graec. Vol. 1. pag. 351. no. 1176. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 444. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 588. Michaux Fl. boreal. — Amer. Vol. 1. pag. 304. Maench. Meth suppl pag. 278. Suter. Fl. Helv. Vol 1. pag. 306. Willd. Spec. plant. T. 2. P. pag. 1099. Host. Synops. pag 283. — Schrank botan. Beobacht. in: Abhandl. einer Privatges. in Ober-Deutschl. Tom. 1. pag. 125. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 178. Lumnitzer Fl. Poson pag. 211. Roth. Tent. H. Germ. Tom. 1. pag. 222. Tom. 2. pag. 571. All. Fl. Ped Tom. 2. no. 1775. Gall. Fl. Palat. Tom. 2. no 495. Forsk. Pl. Aegypt. Arab. pag. LXVII. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 711.

P. (*prostrata*) Haenke it Sud. (fide Pohl Tent. Fl. Bohem. 2. pag. 181.)

P. Argentina (*supina*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 119.

P. Fragaria (*supina*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 73.

Icon. Jacq. Fl. Austr. Vol. 5. tab. 406. (optima). Gmel. it. Vol. 1. tab. 27. fig. 2. (bona). Clus. Hist. plant. rar. 2. pag. 107. fig. 2. (mediocr.) Kroker Fl. Siles. Vol. 2. tab. 10. (mediocr.) Pluk. Phyt. tab. 106. fig. 7. (mediocr.). J. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. d. fig. 1. (mala, eodem fig.) Moris. Hist. Vol. 2. tab. 20. fig. 3. (mala, eodem fig.) Sabb. Hort. Rom. Vol. 5. tab. 47. (mala). Dalech. Hist. 2. pag. 1266. fig. 2. (mala). Lob. Icon. pag. 692. fig. 11. (mala). Tabernaemont. pag. 353. fig. 1. (mediocr.).

Crescit per totam fere Europam, exceptis regionibus borealibus, in Asia, Americaque septentrionali in pratis, agris locisque arenosis, ruderatis et lapidosis praesertim humectis. Floret mense Junio, Julio et Augusto. ☉. (v. v.).

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa. Caules plures, teretes, decumbentes, subhirsuti, spithamaei, pedales et longiores, foliosi, dichotomo-ramosi. Folia radicalia caulinaque inferiora petiolata, impari-pinnata; ramea subsessilia, ternata vel quinata. Foliola sessilia, opposita alternaque oblonga, inciso-serrata, laete viridia, superiora basi decurrentia, pro soli et loci natura subglabra vel pubescenti-villosula. Stipulae ovatae, acutae, integerrimae. Pedicelli axillares, solitarii, ebracteati, tenuissimi, pilosi, in flore erecti, crescente fructu penduli. Calyces pilosi; foliola *exteriora* oblonga, obtusiuscula, *interiora* paullo breviora, semiovata, acuta. Corolla parva, lutea: petalis patentibus, obovatis, versus basin angustatis subintegerrimis calycem aequantibus. Achenia rugulosa.

VIII. POTENTILLA RUTHENICA.

P. caule erecto diffuso, foliis radicalibus quinato-pinnatis caulinis ternatis, foliolis obovatis inaequaliter inciso-serratis, petalis calyce brevioribus.

Syn. P. (*ruthenica*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 38. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 478. Schultes Obs. bot. pag. 94. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 555. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 586. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1097.

β. hirsutie totius plantae majore magis patente foliolis profundius incisis.

P. ruthenica β diffusa Nestl. l. c.

P. (*diffusa*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 538. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 478. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 555.

Crescit in Sibiria. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caulis erectus, teres, dichotomo-ramosus, pilis mollibus plus minusve patentibus hirsutus, pedalis bipedalisque. Folia utrinque hirsuta, *radicalia* primo vere explicata longe-petiolata, quinato-pinnata: foliolis obovatis inaequaliter inciso-serratis, binis superioribus sessilibus basi decurrentibus, binis inferioribus imparique brevi-petiolatis. Folia *caulina* media longe petiolata alterna, superiora opposita subsessilia: foliolis ternatis oblongo-lanceolatis. Stipulae oblongo-lanceolatae, acuminatae, exteriore latere dentatae vel incisae. Flores in summis ramis paniculati pedicellati; pedicellis hirsutis primariis in

dichotomia caulis solitariis. Calyces valde hirsuti; foliola lanceolata, *exteriora* reliquis longiora. Corolla parva, flava: petalis subrotundis vix emarginatis, foliolis calycinis exterioribus fere dimidio brevioribus. Receptaculum conicum: acheniis laevibus.

Obs. Cl. Hornemannus l. c. conjecturam profert, fortasse Willdenowii P. diffusam ortam esse ex P. ruthenica et P. Norwegica. Cui conjecturae eo libentius accesserim, quod plantam illam omnino peculiarem speciem agnoscere non possum.

IX. POTENTILLA DOMBEYI.

P. caule decumbente, foliis quinato-pinnatis ternatisque, foliolis obovato-cuneiformibus antice serratis.

Syn. P. (*Dombeyi*) Poir. Enc. bot. supplement. Tom. 4. pag. 542. Nestl. Monogr. de Pot. pag. 38.

Icon. Nestl. l. c. tab. 5. fig. 2.

Crescit in Chili. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix crassa, ramosa et fibrosa, extus fusca. Caules plures, simplices, humifusi, dodrantales et vix longiores: pilis patentibus instructi. Folia *radicalia* et *caulina inferiora* nunc quinato-pinnata: pinnis sessilibus oppositis, terminali majore, nunc ternata; *reliqua* semper ternata, brevius petiolata. Foliola sessilia obovato-cuneiformia, antice profunde serrata: pilis brevibus utrinque adspersa. Stipulae lanceolatae, integerrimae subpilosae. Flores in summis caulibus nonnulli, parvi erecti, plus minusve pedicellati, bracteis lanceolatis suffulti, calycibus pedicellisque pilosis. Calycis foliola aequali longitudine, acuta, *exteriora* lanceolata, *interiora* ovalia. Corolla lutea: petalis calycem paullo superantibus. Achenia laevia.

X. POTENTILLA RUPESTRIS.

P. caule erecto dichotomo, foliis radicalibus pinnatis caulinis ternatis, foliolis subrotundis basi cuneatis serrato-dentatis stipulis indivisis.

Syn. P. (*rupestris*) Nestl. Monogr. pag. 39. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 476. Heller Fl Wirceb. suppl. pag. 47. Swartz Summa. veget Scandinav pag. 18. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 287. Clairville Manuel d herb. en Suisse pag. 166. Ait. Hort Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 274. Willd. Enumerat plant. Vol. 1. pag. 552. Pers. Synops plant. Vol. 2. pag. 54. Sprengel. Fl. Halens. pag. 147. De Candolle Synops. plant. pag. 336. Fl Franç. no. 375. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 443. Poir Enc. bot. Vol. 5. pag 586. Suter Fl Helv. Vol. 1. pag. 306. Smith Fl. Brit. Vol. 2. pag. 548. Willd. Spec. plant T. 2. P. 2. pag. 1097. Host. Synops. pag. 282. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 178. Lumnitzer. Fl. Posoniens pag. 211. Roth. Tent. Fl Germ. Tom. 1. pag. 222. T. 2. pag. 570. Villars Fl. Delph. Vol. 3. pag. 579. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1774. Jacq. Fl. Austr. Vol. 2. pag. 91. Jouan. Illust. et obs. bot. pag. 33. Retz Pr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 96. Scopol. Fl. Carn ed. 2. Tom. 1. pag. 358. Pollich Fl. Palat. Tom. 2. no. 494. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 711. Fl. Suec. ed. 2. pag. 176.

P. (*rubens*) Maench. Meth. pag. 657.

P. (*fragarioides*) Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 586. (exclus. synon.).

Argentina (*rupestris*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 120.

Fragaria (*rupestris*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 72.

Fragaria Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1127.

Icon. Iacq. Fl. Austr. Vol. 2. tab. 114. (bona). Engl. bot. Vol. 29. tab. 2058. (bona). Kroker. Fl. Siles. Vol. 2. tab. 9. (bona). Clus. Hist. plant. rar. 2. pag. 107. fig. 1. (mediocr.). J. Bauh. Hist. 2. pag. 398. d. fig. 2. (mediocr.). Moris. Hist. Vol. 2. Sect. 2. tab. 20. fig. 1. (mala). Pet. Hort. Brit. tab. 41. fig. 6. (mala). Tabernaemont. pag. 352 fig. 2. (mala).

Crescit in Europae Sibiriaeque regionibus montosis et subalpinis, in pratis locisque umbrosis lapidosis et rupestribus. Floret mense Junio et Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix lignosa, cylindrica, ramosa, extus fusco-nigricans. Caules plures erecti, teretes, striati, rubelli, subtilissime villosuli, superne in ramos nonnullos erecto-patentes, dichotomo-divisi, pedales et sesquipedales. Folia *radicalia caulinaque infima* longe petiolata, impari-pinnata, septenata; *caulina media* quinata, *summa* ternata sessilia opposita. Foliola subsessilia obliqua, inaequaliter serrato-dentata, pilis incumbentibus utrinque adspersa, venosa, in *foliis pinnatis* subrotunda, inferiora sensim minora, opposita alternaque, terminale maximum; in *foliis ternatis* subaequalia oblongo-ovalia, acuta. Stipulae foliorum *radicalium* lanceolatae, *caulinorum* ovato-subrotundae, indivisae. Flores caulem et ramos terminantes pedicellati erecti, bracteis instructi, pedicellis pedunculisque ternibus, laxis, subtilissime villosulis. Calyces subhirsuti, foliola *exteriora* linearia breviora, interdum excrescentia et incisa; *interiora* semiovata. Corolla magna alba: petalis obovatis integerrimis calycem superantibus. Receptaculum pilosum: acheniis laevibus.

Obs. Petala obcordata, quae in Smithii flora Britannica l. c. huic plantae tribuuntur, nunquam vidimus.

XI. POTENTILLA SPRENGELIANA.

P. caulibus adscendentibus erectis, foliis pinnatis ternatisque, foliolis obovato-cuneatis serratis pubescentibus, extimis subrotundis majoribus, stipulis integerrimis.

Syn. P (*fragarioides*) Consp. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 285. (ex autopsia herb. Willd.)

Icon. Tab III.

Crescit in Sibiria. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules 2 — 3 teretes, spithamaei, pilosi, *laterales* adscendentes, *intermedius* erectus. Folia *radicalia* longitudine fere caulium, imparipinnata, septenata, intermistis nonnullis foliis brevioribus ternatis; *caulina* brevius petiolata, ternata Foliola opposita, brevi-petiolata, basi aequalia, *inferiora* obovato-cuneiformia, superiora tria multo majora, magis petiolata, obovato-subrotunda, *omnia* serrata, supra pubescentia, subtus et margine subpilosa, dorso pallidiora. Stipulae ovato-lanceolatae, integerrimae, margine pilosae. Flores in singulis caulibus 2 — 3 terminales. Calyces pilosi: foliolis lanceolatis, aequalibus. Corolla magna, aurea: petalis obcordatis calyce longioribus. Receptaculum hemisphaericum villosum.

Ne gravius accipiat velim vir insignis Curtius Sprengelius, cujus innumera merita mea laude sunt majora, quod tantum mihi sumserim, ut ejus nomina plantam novam ornarem, nominisque splendore hominum oculos in eam vertere voluissem.

XII. POTENTILLA FRAGARIOIDES.

P. flagellis reptantibus, foliis radicalibus pinnatis caulinis ternatis, foliolis ovalibus argute-serratis sericeis, extimis majoribus confluentibus, stipulis serratis.

Syn. P. (*fragarioides*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 37. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 274. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1096. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 182. no. 31. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 710.

P. (*poteroides*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 286. (ex autopsia herb. Willd.)

Icon. Tab. IV. J. G. Gmelin. Fl Sibir. Vol. 3. tab. 34. fig. 2.

Crescit in Sibiria. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix fasciculata, extus fusca. Caules plures, teretes, *laterales* steriles, decumbentes, flagelliformes, reptantes, *intermedii* floriferi adscendentes et erecti, digitales, spithamaei, superne purpurascentes, pilis longissimis patentissimis villosi. Folia *radicalia* longe petiolata imparipinnata, septenata, rarissime novenata; *caulina* brevius petiolata, ternata; petiolis villosis. Foliola sessilia, ovalia, argute-serrata, supra incumbenti-pilosa, *subtus* pilis confertioribus sericea, margine ciliata, inferiora multo minora, basi inaequalia, superiora tria confluentia. Stipulae foliorum caulinorum magnae, lato-lanceolatae, acuminatae, superne serratae. Flores parvi in summis caulibus congesti, subco-

rymbosi plus minusve pedicellati, bracteis suffulti. Calyces uti pedicelli dense villosi: foliolis aequali fere longitudine, *exterioribus* paullo latioribus lanceolatis. Corolla lutea: petalis obovato-cuneiformibus integerrimis calyce paullo longioribus. Receptaculum hemisphaericum villosum.

XIII. POTENTILLA PALUSTRIS.

P. radice repente, caule adscendente, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis acute-serratis, petalis lanceolatis acuminatis calyce multo brevioribus.

Syn. P. (*palustris*) Boucel Fl. du nord de la France Vol. 1. pag. 410. Moench. Meth. pag. 657. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 359.

P. (*Comarum*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 36.

Comarum (*palustre*) Horn. Hort. Hafn. 1. pag. 480. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 1. pag. 356. Swartz. Summa veget. Scandinaviae pag. 19. Wahlenb. de veget. in Helv. no. 554. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 293. Clairv. Manuel d'herb. en Suisse pag. 165. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 282. Heller Fl. Wirceb. Vol. 1. pag. 535. Willd. Enumerat. 1. pag. 558. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 58. Spreng. Fl. Halens. pag. 149. De Cand. Synops. plant. pag. 337. Fl. Franc. no. 3762. Gmel. Fl. Badens. Tom 2. pag. 462. Michaux Fl. Boreali - Americ. Vol. 1. pag. 302. Suter. Fl. Helv. 1. pag. 313. Smith. Fl. Brit. Vol. 2. pag. 556. Willd. Spec. pl. T. 2. P. 2. pag. 1119. Host. Synops. pag. 282. Braune. Fl. Salisburg. Vol. 2. pag 93. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 181. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 224. Tom. 2. pag. 278. Villars. Fl. Delph. Vol 3. pag. 579. All. Fl. Ped. Tom. 2. no. 1493. Retz. Fr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 98. Pollich Fl. Palat. Tom. 2. no. 502. I G. Gmelin Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 186. no. 40. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 719. Fl. Sued. ed. 2. pag. 180.

Comarum (*rubrum*) Gilibert. Suppl. syst. plant. Europae pag. 365.

Argentina (*rubra*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 120.

Fragaria (*palustris*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 73.

Fragaria Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1128.

β foliis utrinque villosis.

Potentilla (*Comarum*) variet β. Nestl. l. c.

Comarum (*palustre*) variet β. Smith. Fl. Britann. l. c. alii.

Icon. α. Fl. Dan. Vol. 4. tab. 636. (bona). Engl. bot. Vol. 3. tab. 172. (optima). Fl. Batava tab. 136. (bona). Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. tab. 7. (bona). Schkuhr bot. Handb. Vol. 2. tab. 138. (petalis obtusis). Drewes et Hayne Bilderbuch. Tom. 3. tab. 92. (mediocr.) Lam. Illustr. tab 444. (mediocr.) Krocker. Fl. Siles. Vol. 2. tab. 14. (mediocr.) Camerar. Epit. pag. 762. (mediocr.) J. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 388. c. fig. 2. (mala). Moris. Hist. Vol. 2. Sect. 2. tab. 19. fig. 4. (mala). Lob. Icon pag. 691. fig. 1. (mala) Tabernaemont. pag. 354. fig. 1. (mediocr.) Dalech. Hist. 2. pag. 1265. fig. 4. (mala).

β. Pluken. Phyt. 3. app. tab. 212. fig. 2. (mala).

Crescit per totam fere Europam, in Asia orientali et America septentrionali locis spongiosis, uliginosis, paludosis et turfosis. Floret mense Majo, Junio et Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix cylindrica repens, per intervalla fibrosa. Caules adscendentes, sesquipedales et longiores, subcompressi, inferne glabri, purpurascentes, superne pubescentes. Folia *inferiora* petiolata, impari-pinnata, quinata vel septenata, summa sessilia ternata. Foliola subsessilia, oblongo-lanceolata, acute-serrata, superiore facie laete-viridia, dorsa glaucescentia, venosa. Petioli communes basi vaginantes et membranacei. Stipulae in superioribus foliis ovatae, acutae, integerrimae. Flores in summo caule axillares et terminales, pedicellati. Calyces paten-

tentissimi, pubescentes; foliola *exteriora* minima lanceolata, *interiora* maxima, ovata, acuminata, atropurpurea. Corolla parva, atropurpurea: petalis lanceolatis, acuminatis, calyce multo brevioribus. Receptaculum ovatum spongiosum, villosum, foliolis calycinis majoribus fructu crescente conniventibus inclusum.

Variat foliolis calycinis duodecim et quatuordecim, petalisque sex ad septem.

XIV. POTENTILLA PENSYLVANICA.

P. caule erecto stricto, foliis interrupte-pinnatis tenuissime-tomentosis, foliolis majoribus oblongis truncatis inciso-serratis, minoribus integerrimis lacinias majorum aequantibus, stipulis subindivisis.

Syn. P. (*Pensylvanica*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 36. (exclus. syn. Moench.) Pursh Fl. Americ. septentr. Vol. 1. pag. 356. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 275. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 588. Mich. Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag. 304. Willd. Spec. plant. Tom. 2. P. 2. pag. 1099. Linn. Mant. 1. pag. 76. no. 28.

P. (*hispida*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 538. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 533.

β strigosa Pursh. l. c.

Icon. Iacq. Hort. Vind. Vol. 2. tab. 189. (optima). Gmel. Fl. Sib. Tom. 3 tab 34. fig. 1. ??

Crescit in America septentrionali et in Sibiria. — Nunc circa Parisios quasi spontanea. — Floret mense Junio et Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Tota planta dense pilosa: pilis tenuissimis mollissimis incumbentibus. Radix lignosa, ramosa, extus fusca. Caules plures, simplices, erecti, stricti, teretes, sesquipedales et longiores, tomentosi, subcanescentes. Folia interrupte-pinnata, supra viridia, subtus subcanescentia, subtilissime-tomentosa, *inferiora* longe-petiolata, petiolis supra

planis canalicula notatis. Foliola *minora* integerrima lacinias majorum aequantia; *majora* 9 — 15 oblonga, inciso - serrata *inferiora* alterna, *superiora* sensim longiora opposita, basi decurrentia, venis dorso prominentibus notata, *suprema* tria basi confluentia: laciniis margine paullulum reflexis; quarum tres terminales plerumque aequali fere longitudine; ita, ut foliola quasi truncata appareant. Folia caulina superiora brevi tantum petiolata: foliolis 3 — 5 caeterum reliquis simillima. Stipulae lanceolatae, caulem amplectentes, indivisae, rarius in lacinias nonnullos profunde fissae. Flores plus minusve pedicellati, in panicula terminali, ramosa, erecta, stricta, bracteata dispositi. Calyx pallide-viridis: foliolis *exterioribus* lineari - lanceolatis saturatius viridibus; *interioribus* ovatis, acuminatis subtriangularibus in fructu apice conniventibus. Petala calyce paullo longiora obovata, emarginata, vel obcordata. Receptaculum ovato-conicum: acheniis sub lente ragulosis.

XV. POTENTILLA VISCOSA.

P. caule erecto, foliis pinnatis viscido-pubescentibus, foliolis lanceolatis inciso-serratis superioribus confluentibus, stipulis incisis.

Syn. P. (*viscosa*) Enumerat. plant. h. bot. Pesth. 1802. Catal. pl. hort. Razumowsky 1808. Enumerat. plant. h. bot. Dorpat. suppl. 1811. Donn Hort. Cantabrigiens. ed. 7.

P. (*hispida*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 36. (exclus. syn. Willd.)

P. (*longifolia*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 287. (ex autopsia herb. Willd.)

P. (*nudicaulis*) Conspect. Potent. herb. Willd. l. c. (ex autopsia herb. Willd.)

P. (*Pensylvanica*) Hornem. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 476. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 553. (exclus. synon.)

P. (*pubescens*) Moench. Meth. pag. 658. (excl. synon.)

P. (*dentata*) Vitman. Summa plant. Tom. 3. pag. 2,0, Forsk. Fl. Aegypt. Arab. pag. 98. (fide herb. Vahl.)

Crescit in Davuria, Sibiria et in Arabia. ♃. (v. v.)

D e s c r i p t i o.

Radix lignosa, ramosa. Caules plures, simplices, erecti, stricti, pedales, sesquipedales et longiores viscido-pubescentes. Folia inferiora impari-pinnata, 3 — 5 juga, longe-petiolata, utrinque viscido-pubescentia. Foliola lanceolata, inciso-serrata, *inferiora* minora, alterna, *superiora* opposita, basi confluentia et decurrentia, *summum* sessile basi

magis attenuata. Folia caulina superiora brevi tantum petiolata: foliolis 3—5; caeterum reliquis simillima. Stipulae petiolares, magnae, ovato-lanceolatae, acuminatae, plerumque incisae. Panicula terminalis, foliosa, multiflora. Calyces pubescentes: foliolis aequali fere longitudine *exterioribus* linearibus, *interioribus* semiovatis acuminatis. Corolla lutea: petalis obovatis, emarginatis, calyce paullo brevioribus vel longitudine calycis. Receptaculum pilosum; acheniis laevibus.

Variat pro soli et loci natura caule breviori paucifloro monophyllo, foliis magis pubescentibus subtus canescentibus, stipulis minoribus subintegris.

Obs. Willdenowius in Enumeratione plantarum l. c. hujus plantae diagnosin cum P. Pensylvanicae diagnosi partim permutasse videtur. Quam suspicionem et ea, quae dicit in harum plantarum diagnosibus, comparata imagine Jacquiniana (hort. Vindob. Vol. 2. tab. 189.) et utriusque speciei exemplaria, quae in herbario Willdenowiano asservantur, confirmant.

XVI. POTENTILLA FILIPENDULA.

P. caule erecto, foliis interrupte - pinnatis patenti - pilosis, foliolis lanceolatis pinnatifido - serratis, minoribus integerrimis, extimis confluentibus, stipulis incisis.

Syn. P. *filipendula*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 286.

Crescit in Davuria ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caulis erectus, teres, simplex, sesquipedalis et longior, pilis longissimis, patentissimis, albis instructus. Folia petiolata, *inferiora* interrupte - pinnata, multijuga, *superiora* pinnata, *summa* ternata, utrinque laete viridia. Foliola sessilia versus basin folii decrescentia; *majora* lanceolata acute pinnatifido - serrata margine subrevoluta; *minora* integerrima, *omnia* pilis patentibus longissimis adspersa, summa tria basi confluentia et decurrentia. Stipulae incisae, pilis longissimis patentibus adspersae. Flores pedicellati, erecti, parvi, bracteis suffulti, in panicula terminali subtrichotoma congesti: pedicellis calycibusque pilosis. Calycis foliola subaequalia, ovato - lanceolata. Corolla lutea: petalis calycem superantibus obcordatis laevissime emarginatis. Receptaculum albo - villosum: acheniis rugulosis mulattinis.

XVII. POTENTILLA TANACETIFOLIA.

P. caule adscendente, foliis pinnatis hirsutissimis, foliolis lanceolatis pinnatifido-serratis; summis oppositis, terminale petiolatum, stipulis laciniatis.

Syn. P. (*tanacetifolia*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 286.

Crescit in Sibiria interiori. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix fusiformis, lignosa, extus fusca. Caules 2 — 3 adscendentes teretes, semipedales et longiores, pilis longissimis, confertissimis, patentibus, mollibus tecti. Folia *radicalia* pinnata, 4 — 6 juga, longe-petiolata: petalis hirsutissimis, *caulina* 2 — 3 brevius petiolata, summum sessile quinatum. Foliola *lateralia* sessilia, *inferiora* alterna, *superiora* sensim majora, opposita, *terminale* petiolatum; *omnia* lanceolata, pinnatifido-serrata, obscure-viridia, utrinque hirsutissima, pilis ultra marginem longissime porrectis ciliata. Stipulae ovatae laciniatae hirsutissimae. Flores plus minusve pedicellati, bracteis lanceolatis suffulti, in panicula terminali subcorymbosa, conferta dispositi. Calyx hirsutus: foliolis aequali fere longitudine, *exterioribus* linearibus, *interioribus* angusto-lanceolatis acuminatis. Corolla pallide-lutea: petalis obcordatis calyce duplo longioribus. Receptaculum convexum albo-villosum.

XVIII. POTENTILLA SANGUISORBA.

P. caule erecto, foliis pinnatis utrinque glaberrimis, foliolis obovatis obtuse-serratis, stipulis incisis.

Syn. P. (*sanguisorba*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 286.

Icon. Tab. V.

Crescit in Sibiria ♃. (v. s.)

D e s c r i p t i o.

Radix cylindrica, lignosa, superne squamis fuscis tecta. Caules 2—3 erecti, teretes, semipedales et longiores, glaberrimi, superne purpurascentes. Folia utrinque glaberrima, profunde viridia, subtus pallidiora, patentia, *radicalia* longe-petiolata, impari-pinnata 3—4 juga, *caulina* plerumque duo, infimum pinnatum summum brevi-petiolatum, quinatum. Foliola sessilia, obovata, profunde-serrata: serraturis patentibus, rotundato-obtusis; *infima* foliola alterna, minuta, tridentata, *superiora* subopposita sensim majora, *summa* cum terminali basi subconfluentia paullulum decurrentia. Stipulae petiolares, vaginantes incisae, glaberrimae. Flores in summis caulibus 1—2, brevipedicellati, bracteis foliorum fere forma suffulti. Calyces uti pedicelli glaberrimi: foliolis aequalibus semiovato-lanceolatis. Corolla ochracea: petalis obcordatis, vix longitudine calycis. Receptaculum subglobosum, glaberrimum: acheniis glabris minutis.

XIX. POTENTILLA ARGUTA.

P. caule erecto, foliis pinnatis, foliolis obovatis pectinatim-pinnatifidis, supra sericeo-argenteis, subtus niveo-tomentosis, stipulis rhomboideis incisis.

Syn. P. (*arguta*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 538. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 2. pag. 736.

Crescit in Luisiana. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caules ex eadem radice plures, simplices, teretes, erecti, stricti, subtilissime tomentosi, canescentes, pedales et longiores. Folia inferiora longe-petiolata, impari-pinnata: foliolis 5—7, sensim majoribus, obovatis, pinnatifidis; lateralibus oppositis sessilibus, terminali majore petiolato: segmentis oblongis; *supra* venosis sericeis et argenteis *subtus* tomento densissimo niveo instructis. Folia superiora subsessilia, ternata, profundius pinnatifida. Stipulae rhomboideae, incisae. Flores in summo caule, erecti, in corymbis congesti, brevi-pedicellati, bracteis lanceolatis suffulti pedicellis bracteis calycibusque incanis dense tomentosis. Foliola calycina aequali fere longitudine, acuta, *exteriora* lineari-lanceolata, *interiora* semiovato-lanceolata. Corolla aurea petalis obovatis, integerrimis, calyce longioribus. Receptaculum pilosum; acheniis rugulosis.

XX. POTENTILLA AGRIMONIOIDES.

P. caule adscendente, foliis pinnatis utrinque pubescenti-villosis, foliolis obovato-oblongis obtusis inciso-dentatis, dentibus obtusis divaricatis, stipulis subintegris.

Syn. P. (*agrimonioides*) Poir. Enc. bot suppl. Tòm. 4. pag. 537. Nestl. Monogr. pag. 35. Bieberst. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 403.

Icon. Gmel. Fl. Sibir. Vol. 3. tab. 38.

Crescit in Armenia Iberica locis montosis. Floret media aestate. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix lignosa. Caules plures adscendentes, teretes, dodrantales, superne ramosi: pilis patentibus mollissimis incanis tecti. Folia pinnata, *inferiora* longe-petiolata plerumque novenata, *superiora* sensim brevius petiolata, septenata, *summa* sessilia quinata. Foliola obovato-oblonga, rotundato-obtusa, utrinque pubescenti-villosa, mollissima, subtus canescentia, *infima* minima, distantia, alterna, *superiora* sensim majora, opposita, interiore latere basi angustiora, *extima* basi decurrentia, subconnexa, inciso-dentata: dentibus divaricatis obtusissimis. Stipulae subulatae, integrae, rarius dente uno vel duobus dentibus exteriore latere instructae. Flores permulti in summo caule ramisque paniculati, magnitudine florum P. *argenteae*. Receptaculum hemisphaericum villosum.

XXI. POTENTILLA SUPINA.

P. caule decumbente, foliis pinnatis, foliolis oblongis pinnatifidis, supra glabriusculis subtus incanis, stipulis ovatis subintegris.

Syn. P. (*multifida*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 33. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 475. Swartz Summa veget. Scandinav. pag. 18. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 274. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 552. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Frç. no. 3734. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 585. Suter. Fl Helv. Vol. 1. pag. 305. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1096. Moench. Meth pag. 657. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1473. Gmel. Fl. Sibir. Vol. 3. pag. 181. no. 29. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 710.

Fragaria. Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1125.

β *angustifolia* foliis profundius pinnatifidis, segmentis fere duplo longioribus linearibus distantibus.

Icon. β. Kniph. Cent. 2. no. 62. (mala.)

Crescit in Sibiria, Tataria, Cappadocia, in Pedemontio, Helvetia, Sueciaque. Floret per totam aestatem. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caules ex una radice plures, simplices, superne in ramos nonnullos divisi, adscendentes vel decumbentes spithamaci et pedales, pubescentes. Folia impari-pinnata, *inferiora* longe-petiolata bi-trijuga, *superiora* brevi-petiolata, bijuga, foliolo impari, terminali majore. Fo-

liola sessilia opposita alternaque, oblonga, pinnatifida: segmentis oblongis integerrimis; superiore facie laete-viridia, glabriuscula, dorso tomentosa, incana. Stipulae ovatae subintegrae, subtus incanae. Flores in summo caule erecti, subcorymbosi, bracteis lanceolatis suffulti: pedicellis calycibusque villosis. Calycis foliola aequali longitudine acuminata, *exteriora* linearia, *interiora* semilanceolata. Corolla parva, lutea: petalis obcordato-cuneiformibus calycem vix superantibus. Receptaculum pilosum: acheniis rugulosis.

Varietas β, quae nomine P. multifidae frequentissime in hortis colitur, habitu graciliore, foliolis profundius pinnatifidis: segmentis multo longioribus et angustioribus distantibus facile distinguitur. Alius varietatis multo minoris caulibus prostratis Poiretius l. c. mentionem fecit; alius Nestlerus l. c. foliis variegatis.

XXII. POTENTILLA SERICEA.

P. caule adscendente paucifloro, foliis pinnatis, foliolis ovatis pinnatifidis utrinque tomentosis subtus incanis, stipulis lanceolatis integerrimis.

Syn. P. (*sericea*) Nestl. Monogr. de Pot pag. 34. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 274. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag 585. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1095. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 710.

Icon. Tab. VI.

Crescit in Sibiria. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix subsimplex lignosa, extus brunnea, superne reliquiis foliorum emarcidis cooperta. Caules plures, simplices, adscendentes, digitales, spithamaei et longiores, teretes villosi, canescentes, folio unico vel duobus foliis patentibus instructi. Folia petiolata, pinnata, multijuga, utrinque tomentosa, *supra* pallide viridia, juniora sericea et canescentia, *subtus* incana. Foliola sessilia, ovata, pinnatifida: segmentis parallelis, approximatis, margine revolutis. Stipulae petiolares, ovato-lanceolatae, acuminatae, integerrimae. Flores in singulis caulibus 2 — 5, superne laterales et terminales, pedicellati, bractis incisis suffulti. Calyces uti pedicelli villoso-tomentosi: foliola *exteriora* multo minora brevioraque linearia, *interiora* semiovata, acuminata, longitudine petalorum. Corolla lutea: petalis obcordatis. Receptaculum lanuginosum.

XXIII. POTENTILLA CANDICANS.

P. caule adscendente paucifloro, foliis inordinate-pinnatis, foliolis inaequalibus profunde pinnatifidis utrinque sericeis candicantibus, stipulis incisis integrisve.

Syn. P. (*candicans*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 5. pag. 542. Nestl. Monogr. de Pot. pag. 34. Conspect. Potent. Herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin Sieb. Jahrg. pag. 285.

P. (*candicans* Humboldt et Bompland. in literis.

β nana. Poir. Enc. bot. l. c. Nestl. l. c. Magaz. der Gesell. natur. Freunde l. c.

P. (*nana*) Humboldt et Bompland. in literis.

Icon. α Nestl. Monogr. tab. 3. fig. 2. β Nestl. l. c. tab. 4. fig. 2.

Crescit in America, a locis excelsis umbrosis prope vicum Mexicanum Tianguillo, regione frigida inter Mexico et Toluca, altitud. 1505 hexapod. β in regno Mexicano juxta vicum St. Augustin de las Cuevas, et in devexis montis El Guarda, in via ad portum Acapulco, altitud. 1200 — 1400 hexapod. regione subfrigida. Floret α mense Septembri β mense Aprili. ♃. (v. s)

Descriptio.

Radix crassa, extus fusca, superne reliquiis foliorum praeteritorum annorum instructa. Caules 2 — 3, simplices, adscendentes vel erecti, teretes, pedales, canescentes; uti tota planta pilis confertissimis, subtilissimis incumbentibus. Folia utrinque sericea et candicantia, *radica-*

lia longe petiolata, erecto-patentia, inordinate-pinnata, multijugá; *caulina* distantia sensim breviora, *summa* sessilia ternata. Foliola inaequalia confertissima nunc alterna nunc opposita, altero plerumque minore; *majora* profunde-pinnatifida: laciniis linearibus acutis pectinatim dispositis; *minora* subtripartita. Stipulae petiolares, ovato-lanceolatae, acutae, plerumque incisae, rarius integrae. Flores in singulis caulibus 2 — 4, terminales et superne laterales, longe-pedicellati, patentissimi, bracteis incisis suffulti. Calyces piloso-tomentosi: foliolis *exterioribus* lineari-lanceolatis, reliquis multo minoribus et dimidio brevioribus, *interioribus* semiovatis, acuminatis. Corolla lutea: petalis spathulato-obcordatis, calyce paullo longioribus. Receptaculum hemisphaericum villosum: acheniis subglabris mulattinis.

Obs. Varietatem β, herb. Willdenowiani, ab Humboldtio et Bomplandio peculiaris species habita, ipse etiam varietatem tantum agnosco, quum a *P. candicante* sola proportione partium minore differt.

XXIV. POTENTILLA VERTICILLARIS.

P. caule adscendente, foliis pinnatis, foliolis angusto-linearibus subtus niveo-tomentosis margine revolutis geminatis, terminale trifido, stipulis incisis.

Syn. P. (*verticillaris*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 33. Wild. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 552. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc bot. Vol. 5. pag. 586. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1096. — (Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 181. no. 28. Amman. Stirp. rar. Ruth. pag. 86. no. 113.)

P. (*multifida*) Pallas itin. Vol. 3. pag. 194.

Icon. Amman. Stirp. rar. Ruth. tab. 16. (bona).

Crescit in Sibiria. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules ex una radice plures, simplices, *laterales* adscendentes, *intermedii* erecti, teretes, digitales, tomentoso-villosi, incani. Folia *radicalia* longe-petiolata, longitudine caulium, pinnata; *caulina* subsessilia, ternata. Foliola sessilia, linearia, *supra* viridia, villosa, *subtus* niveo-tomentosa, integerrima, margine revoluta: *lateralia* distantia, opposita, geminata, subverticillata, *terminale* trifidum. Stipulae lanceolatae, incisae, subtus niveo-tomentosae. Flores 3 — 6, in summis caulibus congesti, parvi, plus minusve pedicellati, subcorymbosi, bracteis linearibus suffulti, ante anthesin nutantes, per florescentiam

erecti: pedicellis niveo - tomentosis. Calyx tomentoso - villosus, incanus: foliolis *exterioribus* brevioribus, linearibus, *interioribus* semiovatis, acutis. Corolla lutea: petalis obovatis, integerrimis, calyce paullo longioribus. Receptaculum hemisphaericum lanatum: acheniis rugulosis pro planta permagnis.

XXV. POTENTILLA ANSERINA.

P. caule repente, foliis interrupte-pinnatis, foliolis argute-serratis sericeis, pedicellis axillaribus solitariis longitudine foliorum, stipulis multifidis.

Syn. P. (*Anserina*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 35. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 475. Swartz Summa. veget. Scandinav. pag. 18. Wahlenb. Fl Carpath. no. 503. De Veget. in Helv. no. 543. Fl. Lapp. no. 263. Pursh. Fl. Amer septentr. Vol 1. pag. 356. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 287. Clairville Manuel d'herb. en Suisse. pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 273. Heller Fl. Wirceburg. P. 1. pag. 526. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 552. Besser Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq. no. 604. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 53. Spreng. Fl. Halens. pag. 147. De Cand. Synops. pag. 334. Fl. Franç. no. 3732. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 441. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 584. Michaux Fl. boreali-Americ. Vol. 1. pag. 304. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 305. Smith Fl Brit. Vol. 2. pag. 547. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1095. Host. Synops. pag. 282. Braune Fl. Salisb. Vol. 2. pag. 71. Moench. Meth. pag. 657. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 178. Lumnitzer. Fl. Posoniens. pag. 210. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 222. Tom. 2. pag. 570. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 575. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no 1472. Retz. Pr. Fl. Scand. ed 1. pag. 96. Poll. Fl. Palat. Tom. 2. no. 493. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 358. Gmel Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 181. no. 27. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 710. Fl. Suec. ed. 2. pag. 176.

P. (*Argentina*) Gilibert. Suppl. syst. plant. Europae. pag. 365. Huds. Fl. Angl. ed. 1. pag. 195.

Argentina (*vulgaris*) Lamarck Fl. Franç. Tom. 3. pag. 119.

Fragaria (*Anserina*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 71.

Fragaria Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1126.

β. pedicellis conjugatis.

P. Anserina variet *β*. Nestl. l. c. variet A. Poir. l. c.

Icon. Svansk. bot. Vol. 3. tab. 152. (optima). I. St. Hilaire. Plantes de la Françe. tab. 309. (optima). Fl. Dan. Vol. 4. tab. 544. (optima). Engl. bot. Vol. 12. tab. 861. (optima). Sturm. Deutschl. Fl. Fasc. 4. (optima). Curt. Fl. Lond. Fasc. 3. tab. 31. (optima). Regnault. bot. Vol. 1. tab. 137. (bona). Sabb. Hort. Rom. Vol. 5. tab. 48. (bona). Bull. Herb. Fasc. 49. tab. 157. (bona). Blackw. Herb tab. 6. (mediocr.) J. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. (mediocr. eadem. fig.) Fuchs. Icon. pag. 355. (mediocr. eadem. fig.) Camerar. Epit. pag. 758. (mediocr.) Lob. Icon. 693. fig. 1. (eadem. fig.) Lob. Hist. pag. 395. fig. 1. (eadem. fig.)

β. Moris. Hist. 3. Sect. 2. tab. 20. fig. 4. (bona).

Crescit per totam Europam, in Asia et in America septentrionali, ad vias, fossas et in pratis praesertim subhumidis. Floret per totam aestatem. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix cylindrica, ramosa, pro ratione aetatis extus albida seu nigro-fusca, fibrillis instructa. Sarmenta filiformia, glabra, subgeniculata. Folia interrupte-pinnata, multijuga, petiolata: foliolis sessilibus, oppositis ovalibus, argute-serratis subincisis, supra viridibus, glabris, subtus albido-argenteis, vel utrinque sericeis argenteis pro soli et loci natura. Stipulae multifidae, Pedicelli axillares, solitarii, longitudine

foliorum, plus minusve pilosi, teretes, erecti. Calyces pilosi foliolis *exterioribus* plerumque multifidis laciniatis, *interioribus* integerrimis. Corolla lutea; petalis oblongis rotundato-obtusis calyce duplo longioribus.

Obs. Schrankius in secundo volumine florae Bavaricae pag. 46. observat, in primo volumine amoenitatum academicarum Linnaei pag. 523. mentionem fieri varietatis floribus albis. Sed eo loco nonnisi de foliis albo-pilosis loquitur. Alia varietas minor, cujus idem Schrankius l. c. facit mentionem vix peculiaris varietatis nomine digna sit.

(10)

XXVI. POTENTILLA EGEDII.

P. caule brevissimo subramoso, foliis pinnatis foliolis ovalibus pinnatifido-incisis glaberrimis, pedicellis axillaribus solitariis folio longioribus, stipulis integerrimis.

Syn. P. (*Egedii*) Wormsk. in Fl. Dan. Vol. 9. Fasc. 27. pag. 5.

Icon. Fl. Dan. Vol. 9. tab. 1578. (optima). Hanc Egede Gamle Groenlands nye Perlustration, figura infima intermedia in tabula quae plantas continet. (mala).

Crescit prope Holsteinborg in Groenlandia. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules ex eadem radice plures, brevissimi, pollicares, glaberrimi. Folia in singulis caulibus 2 — 4, congesta, impari - pinnata, petiolata: petiolis basi vaginantibus. Foliola 3 — 6 juga sessilia, utrinque glabra, laete-viridia, *inferiora* alterna, integra vel trifida, *superiora* majora, opposita, ovalia, inciso-pinnatifida: laciniis lanceolatis acutis. Stipulae petiolares membranaceae, integerrimae, glaberrimae. Pedicelli erecti e centro foliorum, solitarii, crassitie petiolorum, foliis longiores, pilis patentibus praesertim superne adspersi. Calyx dense-pilosus: pilis incumbentibus; foliola *exteriora* breviora late-ovalia, obtusiuscula; *interiora* lanceolata. Corolla magna lutea: petalis obovatis integerrimis foliorum calycinorum duplici longitudine.

Obs. Male asservatum insignis hujus plantae exemplar invenitur in Egedii herbario anno 1739 in Groenlandia collecto. Integra omnino exemplaria debentur cl. Giesekei diligentiae, qui plures annos in Groenlandia versatus est.

**) FOLIIS DIGITATIS.

XXVII. POTENTILLA VIRGATA.

P. caule erecto virgato, foliis novenatis septenatisve, foliolis lanceolatis pinnatifidis supra glabris subtus niveo-tomentosis, corollis parvis, petalis obovatis integerrimis.

Crescit - - - - - - - - - - - ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules plures, erecti, teretes, sesquipedales et longiores, pubescentes, superne in ramos virgatos, multifloros, laxos divisi. Folia *radicalia* novenata, septenataque longissime petiolata; *caulina* sensim brevius petiolata, *infima* septenata, *superiora* quinata, *summa* sessilia ternata. Foliola sessilia, lanceolata, pinnatifida, exteriora multo minora, *supra* viridia, glaberrima, *subtus* niveo-tomentosa: laciniis patentibus, lanceolatis, acuminatis. Stipulae lineari-lanceolatae, acuminatae, subtus niveo-tomentosae. Flores permulti, parvi, in summis ramis paniculati, bracteis linearibus suffulti: pedicellis filiformibus elongatis, laxis incumbenti-pilosis. Calyces basi pilosi: laciniis *exterioribus* linearibus, minutis, *interioribus* lanceolatis, acutis. Corolla pallide-flava: petalis obovatis, integerrimis, calyce duplo longioribus. Receptaculum villosum: acheniis albicantibus.

XXVIII. POTENTILLA DIVARICATA.

P. caule erecto, foliis septenatis quinatisve, foliolis oblongis basi longe angustatis profunde-serratis glabriusculis, petalis obcordatis calycem aequantibus.

Syn. P. (*divaricata*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 540. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 41. De Cand. Fl. Franc. Vol. 6. pag. 541. Ejusd. Catal. plant. hort. Monspel. pag. 135.

Crescit in *Monte-Rotondo* insulae Corsicae. ♃.

Descriptio.

Caulis erectus pedalis et ultra, pilis raris patentibus ut et reliquae plantae partes tectus. Folia radicalia, cauliaque inferiora septenata, caetera quinata, summa trifoliata; foliola oblonga, supra glabra, subtus ad nervos marginemque rariter pilosa: caulis superne dichotomo - corymbosus, ramis divaricatis. Flores dichotomales longiuscule pedicellati. Bracteolae lineari-lanceolatae, laciniis calycinis semi - lanceolatis dimidio longiores. Petala obcordata flava, calycem aequantia. Nestl. l. c.

Obs. Omnino media videtur inter P. *intermediam* a qua differt stipulis pinnatifidis nec integris, et caule erecto; et P. *rectam* a qua distinguitur facie tota, glabritie, seu potius pilis rarioribus, foliolis basi multo magis angustatis, corymbo laxo divaricato, petalis minoribus. De Cand. Catal. l. c.

XXIX. POTENTILLA ASTRACANICA.

P. caule adscendente dichotomo, foliis radicalibus quinatis, foliolis oblongis obtuse-dentatis, caulinis edentulis tripartitis pubescenti-pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus.

Syn. P. (*Astracanica*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 41. Bieberst. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 406. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 277. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Smith. Pr. Fl. Graec. Vol. 1. no. 1180. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 594. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1105. Iacq. Ic. plant. rar. tab. 92. Ejusd. Msc. Vol. 2. pag. 349.

P. (*corymbosa*) Moench. Meth. suppl. pag. 279.

P. (*alterniflora*) Rich. mnspt.

Icon. Iacq. Ic. plant rar. tab. 92. (mediocr.)

Crescit in planitiebus Caucaso finitimis in ipsius promontorii Caucasici campestribus, et circa Byzantium. Floret mense Majo, Junio. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules plures, adscendentes, teretes, pedales et longiores, superne dichotomo-ramosi, pilis mollissimis, patentibus villosi. Folia utrinque pubescenti-pilosa, *radicalia* longe-petiolata, quinata: *foliolis* sessilibus oblongis, exterioribus multo minoribus, serrato-dentatis: dentibus inaequalibus obtusiusculis. Folia *caulina superiora* stipulaeformia sessilia, semi amplexicaulia tripartita: laciniis inaequalibus, integerrimis vel apice tantum dentatis. Stipulae permagnae semi amplexi-

caules, utrinque pubescentes. Flores in summis ramis nonnulli, axillares et terminales, bracteis lanceolatis suffulti. Calyces hirsutissimi: foliolis reticulato - nervosis, *exterioribus* reliquis dimidio brevioribus subulatis, *interioribus* lanceolatis, acuminatis, crescente fructu basi dilatatis. Corolla pallide - flava: petalis obcordatis calyce longioribus. Receptaculum convexum pilosum.

XXX. POTENTILLA RECTA.

P. caule erecto, foliis septenatis quinatisque, foliolis oblongis inciso-serratis patenti-pilosis, petalis calycem superantibus obcordatis (pallidis).

Syn. P. (*recta*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 42. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2 pag. 476. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 505. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 275. Heller. Fl. Wirceburg. Vol. 1. pag. 528. Besset. Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq pag. 329. Schult. Obs bot. pag. 94. 95. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 553. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 405. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. De Cand. Synops. plant. pag. 335. Fl. Franç. no. 3735. Smith. Pr. Fl. Graec. Vol. 1. no. 1177. (excl. icon. Iacq.) Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 445. Poir. Enc. bot Vol. 5. pag. 589. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 306. Willd. Spec. plant T. 2. P. 2. pag. 1099. Roth. Tent. Fl. Germ. T. 2. pag. 571. Braune Fl. Salisb. Vol. 2. pag. 74. Host. Synops. pag. 283. (excl. syn. Iacq.) Hoffm. Deutschl. Flora. 1791. pag. 179. Lumnitz. Fl. Posoniens pag. 212. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1476. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 359. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 711.

P. *recta* β *sulphurea*. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 288.

P. (*pilosa*) Pers. Synops. plant. 2. pag. 54. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 1. pag. 1100. (fide specim.)

P. (*acutifolia*) Gilibert. Suppl. syst. plant. Europae. pag. 364.

P. (*pallens*) Moench. Meth. pag. 658.

P. (*intermedia*) Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. I. pag. 223. (exclus. synon.)

P. (*pentaphylla*) Richter Naturgesch. der Gegend um Reichenberg. (fide Pohl. Tent. Fl. Bohem. 2. pag. 181.)

P, (*sulphurea*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 114.

Fragaria (*recta*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 79.

Fragaria. Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1121.

Icon. Nestl. Monogr. tab. 6. Sabb. Hort. Rom. Vol. 5. tab. 49. (bona). All. Fl. Ped. tab. 71? (mala). Garid Hist. des plant. d'Aix. tab. 83. (mediocr.) Lob. Hist. stirp. pag. 393. fig. 1. (eadem fig. mala). Lob. Icon. pag. 689. fig. 2. (eadem fig. mala). Dalech. Hist. 2. pag. 1266. fig. 1. (eadem fig. mala). J. Bauh. Hist. 2. pag. 398. b. fig 2. (mala). Moris. Hist. 2. Sect. 2. tab. 19. fig. 1. (mala). Tabernaemont. pag. 351. fig. 1 et 2. (mala).

Crescit in agrorum marginibus siccis glaneosis et in collibus apricis herbidis Tauriae, Caucasi, Carpathorum, Austriae, Germaniae, Italiae, Helvetiae, Galliae, inque Pyrenaeis. Floret mense Junio et Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Tota planta laete viridis, pilis mollibus patentibus instructa. Caules ex una radice interdum plures, erecti, stricti, teretes pedales et longiores, superne dichotomo-ramosi, corymbosi. Folia *radicalia caulinaque inferiora* longe petiolata, septenata, *superiora* quinata: petiolis sensim brevioribus *suprema* sessilia. Foliola oblonga versus basin attenuata, inciso-subserrata. Stipulae in caulibus ex eadem radice euntis forma saepe diversa, *inferiores* plerumque lanceolatae integrae, *superiores* laciniatae sensim latiores. Flores conferti, erecti, in corymbo terminali dispositi, pedicellati: pedicellis in dichotomia elongatis ebracteatis, reliquis brevibus bractea una vel duobus plerumque oppositis

acuminatis instructis. Calyces pilosi: foliolis *exterioribus* linearibus longitudine interiorum vel paullo longioribus, *interioribus* ovato-lanceolatis longe acuminatis. Corolla magna, pallide sulphurea: petalis obcordatis calycem superantibus basi luteis.

Variat caule elatiore ramosissimo; nec non pedunculis subradicalibus longissimis, unifloris; calycisque laciniis trifidis simplicibus mixtis; denique foliis pinnatifido-dentatis. Nestl. l. c.

XXXI. POTENTILLA OBSCURA.

P. caule erecto rubente, foliis septenatis quinatisque, foliolis ovali-oblongis inciso-dentatis adpresso-pilosis, petalis calycem vix aequantibus obcordatis (aureis).

Syn. P. (*obscura*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 44. Hornem. Hort. Hafn. Vol. 2. pag 476. Willd Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 553. Bieberst. Fl Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 405. Pers. Synops. plant, Vol. 2. pag. 54. Willd. Spec. plant, T. 2. P. 2. pag. 1100.

P. *recta* β *obsura.* Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 589. (exclus. synon.)

P. (*recta*) Villars Fl. Delph Vol. 3. pag. 569. (exclus. synon.)

Icon. Nocca et Balb. Fl. Ticinensis tab. 10. (tabula non inspecta.)

Crescit in Sibiria, Tauria et Caucaso, inque Italia superiori, locis apricis. Floret media aestate. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caulis erectus, teres, superne ramosus obscure-purpureus, pilis albis, longis, patentibus, mollissimi conspersus, sesquipedalis, bipedalis et longior, Folia *radicalia calinaque inferiora* longe petiolata, quinata vel septenata, *superiora* ternata vel quinata brevi-petiolata, *summa* sessilia. Foliola ovali-oblonga versus basin attenuata; inciso-dentata, ob cure-viridia, pilis incumbentibus superiore facie et dorso ad costam et venas conspersa, subhirsuta. Stipulae ex ovato lanceolatae, plerumque incisae. Flores numerosi, in corymbo terminali dispositi, pedicellis elongatis bracteis ovato-lanceolatis integris vel

incisis instructis. Calyces dense villosi, pilis longissimis mollibus: foliolis *exterioribus* lineari-lanceolatis interioribus paullo brevioribus corollam aequantibus; *interioribus* ovatis, longe acuminatis. Corolla aurea, petala obcordata calycem vix aequantia. Achenia glabra corrugata.

XXXII. POTENTILLA PEDATA.

P. caule erecto rubente, foliis septenatis quinatisque pedatis, foliolis lanceolatis serratis subtus margineque pilosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*pedata*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 540. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 44. — Conspect. Potent. herb. Willd. in Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 288. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 477. Sprengel Pugillus secundus plantar. minus cognitarum pag. 67. no. 128. Willd. Enumerat. pl. suppl. pag. 38.

P. (*pilosa*) De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag. 540. (excl. synon.)

P. (*rubeus*) Allion. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1486. (excl. syn.)

Schrank. Hort. Monacens. tab. 17. (tabula non inspecta.)

Icon. Nestl. Monogr tab. 7.

Crescit in collibus Liguriae inque locis apricis et saxosis Pedemontii. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix ramosa. Caules adscendentes, sesquipedales et longiores, pro longitudine graciles, atropurpurei, uti petioli pedunculi et calyces pilis longis, albis, patentibus, mollibus conspersi, superne dichotomoramosi: ramis patentibus, floriferis. Folia *radicalia caulinaque inferiora* longe-petiolata: petiolis supra canalicula notatis, subpedata: foliola 5—7; *superiora* brevi-petiolata; *suprema* sessilia, ternata, stipu-

lis insidentia. Foliola lanceolata versus basin sensim angustata, inferne subcanaliculata, profunde serrata, supra glabra, ad costam subtus margineque pilis subpatentibus. Stipulae foliorum *inferiorum* subulatae, *superiorum* lanceolatae subovatae, acuminatae subtus in tota superficie pilosae, integerrimae, rarius dentibus perpaucis instructae. Flores in panicula patente, laxa, dichotomo-ramosa, pedicello longissimo ebracteato in dichotomia; reliquis pedicellis in medio bracteis duobus, ovato-lanceolatis, acuminatis, plerumque oppositis instructis. Calyces pilosi: foliolis *exterioribus* reliqua longitudine aequantibus vel superantibus sed angustioribus et minus auctis. Corolla patentissima, aurea, pro genere maxima. Petala obcordata foliolis calycinis fere duplo longiora.

Obs. Ante aliquot annos hanc plantam videre memini nomine P. *Bithynicae* in horto botanico Vindobonensi.

XXXIII. POTENTILLA LACINIOSA.

P. caule erecto rubente, foliis septenatis quinatisque, foliolis oblongis laciniato-pinnatifidis pilosis, petalis obcordatis calyce multo longioribus.

Syn. P. (*laciniosa*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 540. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 45.

P. laciniosa Waldst. et Kit. in literis.

Icon. Tab. VII.

Crescit in Hungaria. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caulis erectus, teres, pedalis sesquipedalisque, superne praesertim purpurascens, uti tota planta pilis longis patentissimis mollibus instructus. Folia *inferiora* septenata, quinataque, longe-petiolata, *superiora* quinata, *summa* sessilia ternata vel simplicia. Foliola sessilia, oblonga, inaequaliter laciniato-pinnatifida: laciniis interdum apice purpurascentibus. Stipulae profunde laciniatae. Flores in panicula terminali, stricta, subcorymbosa dispositi, bracteis incisis suffulti. Calycis foliola inaequalia, acuminata, *exteriora* in omnibus a me examinatis speciminibus incisa vel laciniata. Corolla lutea: petalis obcordatis calyce multo longioribus. Receptaculum convexum pubescenti-pilosum.

XXXIV. POTENTILLA GERANOIDES.

P. caule decumbente, foliis septenatis quinatisque, foliolis cuneiformibus subpalmato-pinnatifidis prolixe-pilosis, laciniis linearibus, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*geranoides*) Nestl. Monogr. de Potent. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 590. Willd. Spec. plant. T. 2 P. 2. pag. 1091.

Icon. Nestl. l. c. Tab. 5. fig. 1.

Crescit in Syria et Armenia. ♃. (v. s.)

D e s c r i p t i o.

Caules ex eadem radice plures, teretes, decumbentes, digitales, piloso-villosi. Folia *radicalia* quinata, septenataque, *caulina* inferiora quinata, superiora ternata, subtus praesertim pilis longissimis mollibus albis patentibus adspersa. Foliola sessilia, exteriora multo minora, cuneiformia, antice palmato-pinnatifida; laciniae lineari-lanceolatae, obtusiusculae, in foliolis exterioribus inaequales. Stipulae parvae, petiolares, lanceolatae integerrimae, subtus villosae, in foliis radicalibus membranaceae. Flores in singulis caulibus 3—4, terminales, parvi, pedicellati, bracteis incisis suffulti: pedicellis dense-villosis. Calyces lanuginoso-villosi: foliolis aequalibus lanceolatis. Corolla lutea: petalis obcordatis calyce paullo longioribus. Receptaculum hemisphaericum villosum.

XXXV. POTENTILLA HIRTA.

P, caule erecto paucifloro, foliis septenatis quinatisque, foliolis cuneiformibus superne incisis prolixe-pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus.

Syn. P. (*hirta*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 46. (excl. syn. Bieb. et fig. All.) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 476. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 276. (excl. syn. All.) Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 553. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. (excl. icon. All.) De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Franç. no. 3736. Smith. Pr. Fl. Graec. Vol. 1. no. 1179. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 591. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1102. Braune Fl. Salisb. Vol. 2. pag. 78. Hoffm. Deutschl Fl. 1791. pag. 179. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 570. All. Fl. Ped. Tom. 2. no. 1478. (excl. icon.) Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. Spec. plant, ed. 2. Vol. 1. pag. 712.

β caule decumbente viscidulo Nestl. l c.

P. hirta β viscosa Pers. l. c. (excl. syn. Crantz.) Poir. Enc. bot. l. c.

P. (*pilosa*) Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 570.

P. (*Sibirica*) Patrin mnspt.

Crescit in Pyrenaeis, Gallia australi, Pedemontio, ad Salisburgum, Tyroli, in Silesia, Sibiria et Graecia locis apricis lapidosis. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caules ex una radice plures, erecti, teretes, purpurascentes, firmi, digitales spithamaei et longiores, uti tota planta pilis longissimis niveis patentibus instructi, pauciflori. Folia *inferiora* longe-petiolata, qui-

nata septenatave, *superiora* alterna sensim brevius petiolata, quinata, *summa* ternata, vel simplicia, sessilia. Foliola sessilia. cuneiformia, superne incisa. Stipulae lanceolatae, acuminatae integerrimae. Flores in summo caule nonnulli, pedicellati, erecti, bracteis suffulti. Calycis foliola inaequalia, *exteriora* linearia, obtusinscula reliquis breviora, *interiora* semiovato-lanceolata, acuta. Corolla magna aurea: petalis obcordatis calycem plus minusve superantibus.

Pro soli et loci natura planta haec maxime variat. — In hortis specimina vidimus foliolis calycinis laciniatis.

XXXVI. POTENTILLA TAURICA.

P. caule erecto multifloro, foliis quinatis, foliolis obovatis basi cuneatis antici serratis adpresso-pilosis sericeis, petalis obcordatis calyce paullo longioribus. —

Syn. P. (*Taurica*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 291.

P. (*hirta*) Bieberst. Fl. Taurico-Caucas. Vol. *1*. pag. 406. (excl. synon.)

P. (*rupestris*) Falcks Beyträge zur Kenntniss des Russischen Reichs, Vol. 2. pag. 139. no. 502. (excl. syn.)

Icon. Tab. IX.

Falck. l. c. tab. 9. (mala).

Crescit in Tauriae montibus altioribus et ad Sareptam, locis aridis. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix crassa, lignosa, ramosa, extus spadiceo colore, reliquiis foliorum emarcidis superne tecta. Caules 2—3, erecti, teretes, semipedales, foliosi, superne in ramos floriferos divisi, pilis longissimis patentissimis mollibus albis tecti. Folia petiolata, quinata, pilis incumbentibus mollibus sericeis subtus et margine praesertim instructa. Foliola in *inferioribus* foliis obovata, basi cuneiformia, antice serrata, exteriora multo minora, in *superioribus* foliis lanceolata. Stipulae petiolares, lanceolatae, integerrimae in summo caule exteriore latere incisae. Flores magni in summis ramis subpaniculati, bracteis lanceolatis,

elongatis, acuminatis, pilosis suffulti. Calyces valde pilosi: foliolis *exterioribus* linearibus reliquis paullo brevioribus, *interioribus* lanceolatis, acuminatis. Corolla pallide flava: petalis obcordatis calyce paullo longioribus. Receptaculum convexum, pilosum: acheniis costatis, rugulosis, spadiceis.

XXXVII. POTENTILLA CANESCENS.

P. caule erecto multifloro, foliis quinatis, foliolis oblongo-cuneiformibus profunde-serratis supra adpresso-pilosis subtus canescentibus tomentosis, petalis obcordatis calyce aequalibus.

Syn. P. (*canescens*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 47. (exclus synon. Spreng.) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 538. De Cand. Fl. Franç Vol. 6. pag. 541. Besser. Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq. Vol. 1. pag. 330.

P. (*Hungarica*) Consp. Potent. herb. Willd in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 289.

P. (*parviflora*) Gand. (fide specim.)

β P. (*adscendens*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 543. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 477. Pohl. Tent. Fl. Bohem. 2. pag. 182. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 554.

P. *adscendens* Waldst. et Kitaibel. in literis.

P. (*inclinata*) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 477. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 407. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Franç. no. 3746. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 591. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1102. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 567.

P. (*intermedia*) Schult. Obs. bot. pag. 95. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 506. (excl. synon.)

P. (*viminea*) Schrader in literis.

P. (*recta*) Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 288. Iacq. Fl. Austr. Vol. 4. tab. 383. Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 115. (excl. syn. Linn.)

P. (*assurgens*) Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 567. Ejusd. Elench. (1785) 51.

P. (*hirta*) Haenke in: Abhandl. der Boehm Gesell. der Wissensch. 1787. pag. 112.

Icon. Iacq. Fl. Aust. Vol. 4. tab. 383. (optima). Villars. Fl. Delph. Vol. 3. tab. 45. (mala). J. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. fig. 1. (mala).

Crescit in collibus apricis Caucasi et Carpathorum, in Germania, Austria et Gallia. Floret mense Junio et Julio. ♃. (v. v.)

D e s c r i p t i o.

Radix ramosa extus nigricans, fibrillis horizontalibus. Caules plures, basi inclinati et simplices, superne ramosi, pedales et longiores, erecti, purpurascentes, tomento brevissimo incano, immixtis pilis longioribus instructi. Folia *radicalia* longe-petiolata, quinata; *caulina* sensim brevius petiolata, *summa* sessilia, ternata. Foliola sessilia, oblongo-cuneiformia, profunde-serrata, serratura terminali reliquis longiore; *superiore pagina* pilis incumbentibus adspersa, vividia; *dorso* tomento brevissimo densissimoque adpresso canescentia; margine pilis longioribus exsertis subciliata. Stipulae ovato-lanceolatae, nunc integrae, nunc incisae, subtus canescentes. Panicula subcorymbosa, multiflora, laxa; floribus plus minusve pedicellatis, bracteis suffultis: pedicellis filiformibus per florescentiam sensim elongatis. Calyces valde-pilosi, basi canescentes: foliolis aequali fere longitudine, *exterioribus* lanceolatis; *interioribus* semiovatis magis acutis. Corolla lutea, magnitudine circiter corollae P. vernae: petalis obcordata-subcuneiformibus, laevissime emarginatis, calyce subaequalibus. Receptaculum subconicum pilosum: acheniis rugulosis, fuscescentibus.

XXXVIII. POTENTILLA ARGENTEA.

P. caule adscendente, foliis quinatis, foliolis cuneiformibus superne incisis margine revolutis subtus candido-tomentosis, petalis retusis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*argentea*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 48. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 476. Swartz Summa veget. Scand. pag. 18. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 1. pag. 355. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 288. Clairville Manuel d'herb. en Suisse. pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 276. Heller. Fl. Wirceb. Vol. 1. pag. 529. Schult. Obs. bot. pag. 95. Besser Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq. Vol. 1. pag. 331. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag 553. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 407. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. Spreng. Fl Halens. pag. 148. De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Franç. no. 345. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 447. Smith Pr. Fl. Graec. Vol. 1. no. 1178. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 590. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 307. Smith. Fl. Brit Vol. 2. pag. 549. Willd. Spec. plant. Tom. 2. Pars. 2. pag. 1101. Host. Synops. pag. 283. Braune Fl. Salisburg. Vol. 2. pag. 75. Moench. Meth. pag 658. Hoffm. Deutschl. Flora. 1791. pag. 179. Lumnitz. Fl. Posoniens. pag. 212. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 222. T. 2. pag. 572. Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 571. All. Fl. Pedemont. Tom. 2. no. 1477. Ritz. Prodr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 96. Lam. Fl. Franc. Tom. 3. pag. 114. Pollich. Fl. Palat. Tom. 2. no. 496. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 360. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3.

pag. 184. no. 37. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 712. Fl. Suec. ed. 2. pag. 177.

P. (*tomentosa*) Gilibert. Suppl. Syst. plant. Europae pag. 364.

Fragaria (*argentea*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 73.

Fragaria. Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1124.

β. P. *argentea variet. β.* Nestl. l. c.

P. (*impolita*) Wahlenb. Fl. Carpath. no. 507.

P. (*argentea*) Geners Elench. Scepus. no. 463.

P. (*Norwegica*) Geners. Catal. Scepus no. 278. (fide Wahlenb.)

γ. P. (*cinerea*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 296.

Icon. Fl. Dan. Vol. 5. tab. 865. (optima). Engl. Bot. Vol. 2. tab. 289. (optima). Sturm. Deutschl. Flora Fasc. 17. (bona). Moris. Hist. Vol. 2. Sect. 2. tab. 19. fig. 11. (mediocr.) Camer. Epit. pag. 760. (mediocr.) Tabernaemont. pag. 353. fig. 2. (mediocr.) I. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. c. fig. 1. (mala). Dalech. Hist. 2. pag. 1264. fig. 2. (mala). Fuchs Icon. 359. (mala).

Crescit per totam Europam et Asiam orientalem in Americaque septentrionali praesertim ad vias, in muris, agrorum versuris, collibus siccis locisque sterilibus apricis. Floret mense Junio Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix lignosa, ramosa et fibrosa, multiceps. Caules adscendentes vel erecti, pro soli et loci natura digitales, spithamaei, pedales et longiores, firmi, superne ramosi, teretes, purpurascentes, laeviter tomentosi. Folia alterna, *inferiora* petiolata, *superiora* sessilia, quinata, *summa* ternata. Foliola sessilia cuneiformia superne irregulariter incisa, in summis foliis subtrifida, *superiore pagina* nunc profunde viridia et subglabra,

nunc dense pilosa, *dorso* candido - tomentoso, margine paullulum revoluta. Stipulae ovatae, longe - acuminatae, in eadem stirpe integrae et incisae, subtus tomentosae. Flores permulti, erecti, in summo caule corymbum confertum constituentes, bracteis linearibus integerrimis suffulti: pedicellis calycibusque albo - tomentosis. Corolla parva lutea: petalis obcordatis calycem plus minusve superantibus. Receptaculum villosum: acheniis rugulosis.

Obs. Variat quam maxime pro soli et loci natura, praesertim longitudine et directione caulium, indumentoque superioris foliorum paginae, quae latiora et angustiora varieque dissecta reperiuntur. Varietas β, cujus in Austria, Hungaria, Italia superiore aliisque nonnullis Europae meridionalis regionibus magnum exemplarium numerum observavi, differre videtur foliis suboblongis toto fere ambitu pectinatim incisis, laciniis interdum serrulatis; varietas γ foliis *caulinis* omnibus ternatis, floribusque majoribus.

XXXIX. POTENTILLA GUNTHERI.

P. caule diffuso debili, foliis inferioribus quinatis superioribus ternatis, foliolis cuneatis superne acuteserratis margine planis, subtus canescentibus, petalis retusis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*Güntheri*) Pohl Tent. Fl. Bohem. 2. pag. 185. Sprengel Pugill. 1. plant. minus cognitarum pag. 34. no. 63.

P. (*Wimanniana*) Günther Cent. exsicc.

Icon. Tab. X.

Crescit in Silesia et Bohemia locis aridis. Floret media aestate. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Planta semipedalis, gracilis. Caules plures, erecti, basi lignosi, superne canescentes, subtilissime tomentosi: ramis erecto-patentibus superne dichotomis instructi. Folia *radicalia* longissime petiolata, quinata, *caulina* sensim brevius petiolata, *inferiora* quinata, *superiora* ternata. Foliola subsessilia, cuneiformia superne serrata, versus basin in cunei formam angustata, subtus venosa, pilis brevissimis adpressisque canescentia, margine plana, serraturis acutis, terminali plerumque proximis minore. Stipulae petiolares, foliorum *radicalium* lineares, *caulinorum* lanceolatae, acuminatae subtus canescentes. Flores parvi, permulti in panicula diffusa dispositi, pedunculis patentibus bifidis pedicellisque filiformibus, longissimis, laxis, subtilissime tomentosis. Calix subtilissime tomentosus, canescens: foliolis subaequalibus, lanceolatis.

Corolla lutea: petalis obcordato-cuneiformibus, calyce paullo longioribus. Receptaculum hemisphaericum: pilosum: acheniis albicantibus.

Obs I. Nestlerus in Monographia de Potentilla pag. 49. adnotat, plantam hanc etiam circa Parisios crescere. Quum autem eam varietatem P. *argenteae* proferat, dubium admodum mihi videtur, an veram plantam habuerit, Potentillaque Güntheri crescat circa Parisios.

Obs. II. Dr. Wimann, rei herbariae cultor sagacissimus, primus distinxit hanc plantam. Günther l. c.

XL. POTENTILLA COLLINA.

P. caule adscendente, foliis inferioribus quinatis superioribus ternatis, foliolis cuneiformibus apice obtuse-dentatis margine planis, subtus canescenti-tomentosis, petalis subretusis calyce longioribus.

Syn. P. (*collina*) Wibel Primit. Flor. Werthemens. Part. 2. pag. 267.

Crescit in agro Werthemensi, floret mense Majo et Junio. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules ex eadem radice plures, adscendentes vel suberecti, teretes, pilis molli simis pubescentes, inferne simplices superne ramosi: ramis erecto-patentibus. Folia *inferiora* onge-petiolata, quinata, *superiora* brevius petiolata, ternata, *suprema* sessilia simplicia. Foliola sessilia, cuneiformia, *lateralia* multo minora, supra viridia pubescentia, subtus canescenti-tomentosa, margine plana, apice dentata: dentibus latiusculis, rotundato-obtusis. Stipulae ovato-lanceolatae, integerrimae, pubescentes, subtus canescentes. Flores pedicellati, in summis caulibus sparsi, subcorymbosi, bracteis suffulti. Calyces villosi, canescentes: foliolis *exterioribus* brevioribus, oblongis, obtusis; *interioribus* semiovatis acutis. Corolla lutea: petalis laevissime emarginatis, calyce longioribus. Receptaculum acheniaque glabra.

XLI. POTENTILLA INTERMEDIA.

P. caule suberecto dichotomo, foliis infimis septenatis, caulinis quinatis ternatisque, foliolis obovato-oblongis subglabris, panicula foliosa, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*intermedia*) Nestl. Monogr. pag. 50. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 476. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 288. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 276. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 54. De Cand. Synops. plant. pag. 335. Fl. Franç. no. 3737. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1101. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 568. Linn. Mant. 1. pag. 76. no. 29.

P. (*alchemilloides*) Consp. Potent. herb. Willd. in: Mag. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 291. (ex autopsia herb. Willd.)

P. (*opaca*) Engl. bot. Vol. 35. tab. 2449. (exclus. synon.)

P. (*villosa*) Haller. fil. in literis.

P. (*geranoides*) Schleich. Catal. 1807. pag. 20. (fide specim.)

P. (*varians*) Moench. Meth. pag. 658.

Icon. Nestl. Monogr. tab. 8. Engl. bot. Vol. 35. tab. 2449. (mediocr.) I. St. Hilaire. Fl. de la Françe. Vol. 4. tab. 310. (mala).

Crescit in Helvetia, Delphinatu, in Pyrenaeis, inque Scotia. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa. Caulis suberectus, teres, gracilis, ramosus, dodrantalis, pedalis et longior, uti petioli pilis patentibus molli-

bus instructus. Folia *radicalia* et *caulina infima* longissime - petiolata septenata (interdum sed rarissime novenata) *superiora* quinata, brevius petiolata, *summa* sub panicula congesta, opposita, ternata. Foliola sessilia, obovato-oblonga, basi acutata, superiora subcuneiformia, omnia profunde-serrata, utrinque subglabra: pilis raris adpressis instructa. Stipulae lineari-lanceolatae, acuminatae, integerrimae. Flores subpaniculati, ante anthesin nutantes, dein erecti plus minusve pedicellati: pedicellis filiformibus dense pilosis canescentibus, per florescentiam elongatis. Calycis foliola aequali longitudine, lanceolata, acuta, pilosa, exteriora angustiora. Corolla flava magnitudine corollae P. vernae: petalis obcordatis calyce paullo longioribus. Receptaculum pilosum acheniis rugulosis.

XLII. POTENTILLA INCISA.

P. caule decumbente dichotomo, foliis infimis quinatis, caulinis ternatis, foliolis cuneiformi-oblongis apice incisis subtilissime pilosis, petalis cuneatis retusis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*incisa*) Poir. Enc. bot. suppl Tom. 4. pag 539. Lagasca genera et spec. plant. quae ant novae sunt aut nondum recte cognoscuntur Madr. 1816. pag. 16. Nestl. Monogr. pag. 51.

P. incisa Desfont plant. horti Paris. 1804. pag. 177.

Icon. Nestl. Monogr. tab. 4. fig. 1.

Crescit - - - - - - - - - - ♃. (v. s)

D e s c r i p t i o.

Caules ex una radice plures, decumbentes, graciles, subdichotomi, dodrantales et paullo longiores, uti petioli et pedicelli pilis patentibus instructi. Folia *radicalia* longe petiolata quinata, *caulina* subsessilia. *inferiora* ternata, *superiora* simplicia. Foliola sessilia cuneiformi-oblonga, pilis rufescentibus subtilissimis utrinque adspersa, ultra medium integra, superne incisa, *superiora* subtrifida. Stipulae lanceolatae acutae, plerumque integerrimae, superiores interdum dentatae. Flores in summis ramis longe-pedicellati: pedicellis gracilibus durante florescentia erectis crescente fructu sensim nutantibus. Calyces villosi: foliolis aequali fere longitudine, acutis, *exterioribus* lineari-lanceolatis, *interioribus* ovato-lanceolatis. Corolla pallide-lutea, petalis cuneiformibus retusis calycem paullulum superantibus. Achenia laevia.

XLIII. POTENTILLA PATULA.

P. caulibus subdeclinatis, foliis infimis septenatis quinatisque, rameis ternatis trifidisve, foliolis cuneatis superne inciso-serratis subtus pilosis, petalis obcordato-subrotundis calycem superantibus.

Syn. P. (*patula*) Nestl Monogr. de Potent. pag. 56. Besser. Pr Fl. Gall. Austr. utriusq. Vol. 1. pag. 332. Waldst. et Kit. Plant. rar. Hung. Vol. 2 pag. 218. Spreng. Pugill. secundus plant. minus cognitar pag. 67. no. 129.

Icon. Waldst et Kit. l c. tab. 199. (optima.)

Crescit in montibus Carpathicis locis apricis. Floret mense Majo, Junio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix ramosa, nigro-fusca, multiceps. Caules subdeclinati, teretes, digitales et spithamaei, superne dichotomo-ramosi: ramis patentibus pubescenti-pilosis. Folia *radicalia* longe-petiolata, septenata quinataque *ramea* sessilia ternata vel simplicia, plerumque opposita. Foliola sessilia, cuneiformia, superne inciso-serrata, in summis foliis integerrima, *supra* nuda, *subtus* pilosa, margine subciliata, utrinque laete-viridia. Stipulae ovatae, acuminatae, magnae, integerrimae, subtus subpilosae. Flores paullo minores quam in P. verna, plus minusve pedicellati: pedicellis erectis filiformibus pubescentibus canescentibus, aliis supra dichotomias ortis, aliis ramos terminantibus solitariis

conjugatisve, quorum alter aphyllus, alter plerumque bracteis duobus oppositis lanceolatis integerrimis instructus. Calyx hirsutus: foliolis aequali fere longitudine, acutis, *exterioribus* linearibus canaliculatis; *interioribus* ovatis. Corolla flava: petalis obcordato-subrotundis, laevissime emarginatis, calycem superantibus, subtus pallidioribus.

XLIV. POTENTILLA OPACA.

P. caule decumbente filiformi, foliis infimis septenatis quinatisque, foliolis lanceolato-cuneiformibus profunde-serratis utrinque prolixe-pilosis, petalis obcordatis calycem aequantibus.

Syn. P. (*opaca*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 54. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 477. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 1. pag. 355. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 508. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 276. Heller. Fl. Wirceburg. Vol. 1. pag. 530. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 554. Besser. Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq Vol. 1. pag. 333. Bieberst. Fl. Taurico-Caucas Vol. 1. pag 408. Pers. Synops plant Vol. 2. pag. 55. Spreng. Fl. Halens. pag. 148. De Cand. Synops. plant. pag 335. Fl. Franç. no. 3742. Smith. Pr. Fl. Graec. Vol. 1. no. 1182. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 591. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 307. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1103. Host Synops. pag. 283. Braune Fl. Salisb. Moench. Meth. pag. 659. Hoffm. Deutschl. Fl 1791. pag. 179. Lumnitz. Fl. Posoniens. pag. 212. Roth. Tent. Fl Germ. Tom. 1. pag. 223. Tom. 2. pag. 573. Iacq. Coll. Vol. 1. pag. 33. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1480. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 713. Ejusd. Amoenit. Acad. Vol. 4. pag. 274.

P. (*laxa*) Consp Potent. herb. Willd in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berl. Sieb. Jahrg. pag. 289.

P (*dubia*) Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 308. (fide specim)

P. (*Galiciana*) Catal. pl. hort. bot. Cracov. fide Pohl. Tent. Fl. Bohem. 2. pag. 183. et Besser. Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq. Vol. 1. pag. 333.

P. (*tormentilloides*) Meyer. Physik. Aufsätze, Vol. 2. (Quum mihi non licuerit 2dum volumen hujus operis ipse inspicere, nomen hoc e Besseri l. c. attuli.)

Fragaria (*rubens*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 75.

Fragaria. Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1120.

β. foliis paullo latioribus pilis incumbentibus nitidis.

P. (*humifusa*) Consp. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 290.

Icon. Iacq. Fl. plant. rar. Vol. 1. tab. 91. (optima.) Sturm. Deutschl. Fl. fasc. 17. (bona.) Krocker Fl. Siles. Vol. 2. tab. 11. (mediocr.) Clus. Hist. Vol. 2. pag. 106. fig. 3. (mala.) I. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. a. fig. 2. (mala.)

Crescit per totam fere Europam, in planitiebus ad Caucasum occidentalem, in Sibiria et in Labradore, locis apricis siccis, Floret mense Majo et Junio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix ramosa extus fusca. Caules in eodem caespite multi, laterales decumbentes, intermedii adscendentes, teretes, superne dichotomo-ramosi, spithamaei, filiformes, laxi, plerumque atropurpurei: pilis longis mollibus patentissimis adspersi. Folia *radicalia* longissime petiolata, septenata, quinataque, rarius nonnulla novenata; *caulina inferiora*, quae rarius adsunt, brevius petiolata, quinata, *summa* sessilia, opposita ternata vel simplicia. Foliola sessilia lanceolato-cuneiformia, profunde-serrata, pilis longis mollibus, patentibus, utrinque instructa. Stipulae oblongo-lanceolatae, integerrimae. Flores erecti longe-pedicellati, in corymbis terminalibus foliosis dispositi: pedicellis filiformibus purpurascentibus, in flore erectis, crescente fructu cernuis. Calycis foliola *exteriora* linearia, breviora; *interiora* semiovato-lanceolata. Co-

rolla parva, aurea: petalis obcordatis calycem aequantibus vel paullo superantibus, basi macula fulva notatis. Receptaculum villosum.

Obs. Color atropurpureus, qui in caulibus, petiolis pedicellisque saepe maxime apparet, haud raro etiam reliquis partibus viridibus suffusus est, unde fit, ut adspectum opacum habeant. Planta haec, in pluribus regionibus frequentiusque occurrit, quam indicatur in libris botanicis, saepeque confusa est cum P. *verna:* a qua tamen habitu facile distinguitur multo graciliori, colore omnium partium opaco, foliis radicalibus longissime petiolatis, floribus multo minoribus, pedicellis post florescentiam nutantibus, ut alia multa omittam et gravissima. Raro specimina inveniuntur foliolis incisis.

XLV. POTENTILLA VERNA.

P. caule declinato, foliis infimis quinatis, foliolis obovato-cuneiformibus superne profunde-serratis subretusis utrinque pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus.

Syn. P. (*verna*) Nestl. Monogr. de Pot (exclus. variet. et synon. Bess.) Horn. Hort. Vol. 2. pag. 477. De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag. 542. Swartz. Summa veget. Scand. pag. 19. (exclus. variet.) Lapeyr. Fl. Pyren pag. 289. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 277. Heller. Fl Wirceb. Vol. 1. pag. 529. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 554. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. pag. 408. (excl. syn. All.) Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. (excl. variet. β.) Spreng. Fl. Halens. pag. 148. De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Franç. no. 3741. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 443. (excl. variet. β) Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 592. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 307. (excl. syn. All. et variet.) Smith. Fl. Brit. Vol. 2. pag. 550. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1104. (exclus. variet.) Roth. Tent. Fl Germ. Tom. 1. pag. 223. Tom. 2. pag. 573. Host. Synops. pag. 284. Braune. Fl. Salisb. Vol 2. pag. 76. Moench. Meth. pag. 659. Hoffm Deutschl. Fl. 1791 pag. 179. Lumnitz. Fl. Posoniens. pag. 213. Villars Fl. Delph Vol. 3. pag. 564. All. Fl. Ped. Tom. 2. no. 148. (exclus. variet. β.) Thunb. Fl. Japon. pag. 219. Ritz. Pr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 97. Lam. Fl. Frç. Tom. 3. pag. 116. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 361. Poll.

Fl. Palat. Tom. 2. no. 497. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 712. Fl Suec. ed. 2. pag. 177.

P (*minor*) Gilibert. Suppl. syst. plant. Europae. pag. 362.

P. (*serotina*) Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 564.

P. verna variet B Poir. l. c. pag. 593.

Fragaria (*verna*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 74.

Fragaria Haller. Hist stirp Helv. no. 1119.

β. P. verna β hirsuta. Poir Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 537. De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag. 542.

P. *verna variet γ.* Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 449.

P (*subacaulis*) Lapeyr. Fl. Pyren pag. 290. (fide specim.)

P. (*opaca*) Fl. der Wetterau. Vol. 2. pag. 247. (fide specim.)

γ. P. *verna γ nana.* Poir. l c. De Cand. l. c.

Icon Engl. bot. Vol. 1. tab. 37. (bona.) Sturm. Deutschl. Fl. fasc. 17. (bona.) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. tab. 1. fig. 1. Kniph. Cent. 8 no. 78. (mediocr.) Tabernaemont. pag. 354. fig. 3. (mala.)

Crescit per totam Europam et Asiam borealem in pascuis sicciori- bus et collibus apricis, in ericetosis locisque aliis sterilibus. Floret mense Martio, Aprili et Majo. ♃. (v. v.)

D e s c r i p t i o.

Radix lignosa, ramosa, superne squamis latis ferrugineis vestita. Caules multi, declinati, divaricati, teretes, digitales ramosi tenues, purpurascentes, multiflori. Folia *radicalia* longe-petiolata, quinata, *caulina inferiora* brevi-petiolata, ternata, *summa* sessilia, simplicia. Foliola sessilia, obovato-cuneiformia, superne profunde-serrata, subretusa, utrinque plus minusve pilis longioribus brevioribusve adspersa. Stipulae latae, integra acutae, petiolo adnatae. Flores in superiore caule longe-pedicellati bracteis suffulti; pedicellis filiformibus pilosis.

Calycis foliola aequali fere longitudine, acuta, *exteriora* semilanceolata *interiora* semiovata. Corolla flava: petalis obcordatis calyce longioribus.

Varietas β, quae in regionibus subalpinis provenit valde exigua et hirsuta est; varietas γ subglabra.

Obs. Pro soli et loci natura planta haec maxime variat, ut, nisi cui omnes hae a norma ita recedentes formae satis notae sint, haud facile possis interdum agnoscere. Utraque, quam dixi, varietas, quae in regionibus subalpinis proveniunt perexigua sunt magnitudine P. Brauneanae: quae res nonnullos fortasse scriptores induxit, ut speciem istam P. vernae varietatem tantum putarent. Cui tamen non possum suffragari opinioni, quum P. Brauneanam semper foliis ternatis, P. vernam autem nunquam tribus foliolis, sed quinque fere, rarius septem viderim instructam. Minus etiam P. subacaulis, quae in diversis regionibus tam multis diversis nominibus reperitur, cum his duabus speciebus confundi potest, quae, ut primo adspectu intelligitur, pilis adpressis stellatis omniumque partium canescentia longe ab ea recedit.

XLVI. POTENTILLA CROCEA.

P. caule adscendente, foliis infimis quinatis, foliolis oblongo-cuneatis rotundato-obtusis subhirsutis superne inciso-dentatis, dentibus obtusis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*crocea*) Schleich. Catal. 1807. pag. 20. Seringe. Herb port. Cent. 2. no. 169. Hall. fil. in literis.

P. (*filiformis*) De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag. 542. Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 564.

P. (*Pyrenaica*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 539. De Cand Fl. Franç. Vol. 6. pag. 542. Synops. pag. 335. Fl. Franç. Vol. 3. no. 3739. Ramond. in literis.

P. (*heterophylla*) Nestl. Monogr. de Pot. pag. 56. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 289. Ejusd. Suppl. Fl. Pyren. pag. 68. (fide specim.)

P. (*verna*) Wahlenb. Fl. Carpath. no. 509.

P. (*adscendens*) Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 290. (excl. syn.) fide De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. l. c. Ejusd. Suppl. Fl Pyren. pag. 68.

P. (*maculata* Pourret. Act. Tolos. Tom. 3. pag. 326.

P. (*Salisburgensis*) Braune Fl. Salisb. Vol. 2. pag. 78. Iacq. Icon. plant. rar. Vol. 3. pag. 6. Haenke in Iacq. Coll. Vol. 2. pag. 68.

P. (*rotundifolia*) Villars Fl Delph. Vol. 3. pag. 565.

P. *verna variet.* γ Nestl Monogr. de Potent. pag 52. Lapeyr. Fl. Pyr. pag 289 Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 593.

P. *verna variet.* β. Wahlenb. de Veget in Helv. no. 554. Lapeyr Fl. Pyr. pag. 289. (excl. syn. Hopp.) Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1104.

β. P. (*Sabauda*) Poir. Enc. bot. suppl. T. 4. pag. 539. De Cand. Fl. Frç. Vol. 6. pag. 541. Synops. plant. pag. 334. Fl. Franç. Vol. 4. no. 3738. Vill. in litteris.

P. (*depressa*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin Sieb. Jahrg. pag 289.

P. (*rubens*) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 447. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag 307. (excl. syn. Allion.) Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 593. (excl. syn. Iacq.) Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 566.

P. (*Iuratensis*) Seringe. Cent. exsicc.

P. (*aurea*) Smith. Pr. Fl. Graec. Vol. 1. no. 1181. Fl. Brit. Vol. 2. pag. 549 (excl. syn. Hall.) Retz Pr. Fl Scand ed. 1. pag. 97.

P. *verna variet. β.* Nestl. Monogr. de Pot. pag. 52. Swartz. Summa vegetab. Scand. pag. 19. Wahl Fl. Lapp. no. 264.

P. *verna variet. γ.* Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag 1124.

Fragaria (*villosa*) Crantz. Stirp Austr. fasc. 2. pag. 75.

Fragaria Haller. Hist. stirp Helv. no. 1119. variet. β.

Icon. α Iacq. Icon. plant. rar. Vol. 3. tab. 490. (optima). Sturm. Deutschl. Fl. fasc. 17. (optima.)

β. Engl. bot. Vol. 8. tab. 561. (bona). Crantz. fasc. 2. tab. 1. fig. 2. (mediocr.) Fl. Dan. Vol. 1. tab. 114. (mala).

Crescit in summis Europae alpium jugis, locis graminosis et rupestribus. Floret media aestate. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix fusca, superne reliquiis foliorum emarcidis dense involuta. Caules nonnulli, simplices, adscendentes, debiles, semipedales et pedales, valde compressi, fere ancipites, pilis patentibus instructi. Folia *radicalia* longe-petiolata, quinata, *caulina* distantia ternata, brevi–

petiolata, *summa* simplicia sessilia. Foliola subsessilia, oblongo-cuneiformia rotundato-obtusa, superne inciso-dentata: dentibus obtusis, dorso magis quam superiore facie hirsuta, utrinque pallide-viridia. Stipulae magnae, ovato-oblongae, acutae, integerrimae, rarius dentatae. Flores in summis caulibus nonnulli, erecti, laxi, longe-pedicellati: pedicellis calycibusque subhirsutis. Calycis foliola *exteriora* linearia, reliquis breviora; *interiora* ovato-oblonga, obtusiuscula. Corolla magna, crocea: petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Varietas β differt forma minore, caulibus rubentibus, foliis magis cuneiformibus, petalis plerumque basi macula saturatiore notatis.

Obs. I. Species haec, quae pro soli et loci natura maxime variat, locis tantum crescit montosis, et, quantum mihi notum, nunquam infra regiones subalpinas descendit. Rarissime P. verna in hac altitudine reperitur, exilis semper caulibusque vix bipollicarem longitudinem superantibus, quum P. crocea in his ipsis regionibus caulem fere pedalem agat, floresque tum demum explicet, quum P. verna achenia jam matura exhibeat. Saepe hanc plantam maxime variantem viventem observavi, magnusque exemplorum numerus ex Groenlandia, Norwegia, montibus Pyrenaeis, Helvetia, Pedemontio, alpibusque Salisburgensibus, Tyrolensibus, Austriacis, Hungaricisque est in promptu, quorum nonnulla P. vernae similia sunt, quae tamen omnia pluribus, quae in diagnosibus et descriptionibus indicavi, signis mihi videntur esse diversa.

Obs. II. Quum haec planta non solum in montibus Pyrenaeis, in Jurasso, Sabaudia alpibusque Salisburgensibus inveniatur, sed in omnibus fere Europae alpium tractibus et borealibus et australibus: nomen huic plantae ab Hallero filio a florum colore inditum omnibus antiquioribus, a loco desumtis, praetuli.

XLVII. POTENTILLA RANUNCULOIDES.

P. caule erecto paucifloro, foliis radicalibus septenatis quinatisve, foliolis obovato-subrotundis obtuse-dentatis subglabris, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*ranunculoides*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 542. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 56.

P. ranunculoides Humb. et Bonpl. in literis.

P. (*macrorhiza*) Consp. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 292. (ex autopsia herb. Willd.)

Icon. Nestl. Monogr. tab. 3. fig. 1.

Crescit in radicibus montis Mexicani Cerro de las Cruces. Floret mense Septembri. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix magna, fusiformis, crassa, extus fusca, superne reliquiis stipularum praeteritorum annorum dense cooperta. Caules ex eadem radice plures, simplices, erecti, teretes, pubescenti-pilosi, vix semipedales, pauciflori, foliis duobus aut tribus ternatis, stipulis insidentibus instructi. Folia *radicalia* plus minusve petiolata: petiolis pilosis, septenata quinataque. Foliola in orbem fere disposita, brevi-petiolata vel subsessilia, obovato-subrotunda, superne grosse-dentata: dentibus obtusis; *supra* glabra, pallide-viridia; *subtus* ad costam margineque pilis tenuissimis mollissimis patentibus adspersa, *lateralia* sensim minora incumbentia. Folia *caulina* radicalibus multo minora sensimque bre-

vius petiolata, ternata, stipulis lanceolatis integerrimis insidentia: foliolis in summo caule integerrimis lanceolatis. Flores nonnulli caulem terminantes, erecti, pedicellati, bracteis suffulti magnitudine florum P. vernae. Calyx pilosus: foliolis ovato-oblongis, *exterioribus* reliquis brevioribus. Corolla lutea: petalis obcordatis calyce paullo longioribus. Receptaculum pilosum: acheniis laevibus pallidis.

XLVIII. POTENTILLA AUREA.

P. caule adscendente, foliis radicalibus quinatis, foliolis oblongo-cuneiformibus, intermediis petiolatis, superne dentato-serratis subsericeis margine sericeo-ciliatis, petalis obcordatis calyce fere duplo longioribus.

P. (*aurea*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 57. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 477. Heller Fl. Wirceb. suppl. pag. 48. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 511. De vegetat. in Helv. no. 545. Lapeyr Fl. Pyren. pag. 289. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 166. Schult. Obs. bot. pag. 95. Besser Pr. Fl. Gall. Austr utriusq. Vol. 1. pag. 334. (exclus. icon. Fl. Dan.) Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 554. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. DeCand. Synops. plant. pag. 335. Fl. Franç. Vol 4. no. 3740. Smith. Fl. Brit. Vol. 2. pag. 549. (excl. icon. Fl. Dan.) Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 594. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 308. (excl. icon Fl. Dan.) Moench. Meth. suppl. pag. 279. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1105. (exclus. synon. Fl. Dan.) Host. Synops. pag. 284. (exclus. icon. Fl. Dan.) Braune Fl. Salisburg. Vol. 2. pag. 79. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 197. (excl. icon. Fl. Dan.) Usteri. Annal. der Botanik. Stück 21. pag. 64. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 565. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1479. Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 117. Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 712. Amoen. acad. Vol. 4. pag. 316.

P. (*maculata*) Gilibert. Suppl. syst. plant. Europae. pag. 563.

Fragaria (*aurea*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 77.
Fragaria Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1122.
β P aurea variet. β. foliis sublongis Wahlenb. Fl. Carpath. no. 511. (excl. synon.)
γ flore pleno. β Nestl l. c. Hall. l. c.
Icon. Sturm Deutschl. Fl. Fasc. 17. (bona). Hall Hist. stirp Helv. tab 21. (bona). Loddiges botanical Cabinet. Vol. 1. tab. 77. (tabula non inspecta.)

Crescit in locis herbidis et sterilibus apricis alpium superiorum Silesiae, Hungariae, Austriae, Tyrolis, Helvetiae, Galliae et in Pyrenaeis usque inter nives perennes, nunquam in montibus humilioribus reperitur. Floret mense Augusto et Septembri. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caules ex eadem radice plures, basi reliquiis foliorum praeteritorum annorum involuti, declinati vel adscendentes, pro soli et loci natura digitales spithamaei et paullo longiores. Folia *radicalia* longe-petiolata, quinata; *caulina superiora* ternata, subsessilia. Foliola *duo lateralia* sessilia, reliquis paullo minora, *intermedia* brevi petiolata, *omnia* oblongo-cuneiformia, superne inaequaliter dentato-serrata, dentibus conniventibus, terminali proximis duplo breviore; utrinque laete-viridia, tenuissime subtilissimeque sericea subtus ad costam margineque dense sericea: pilis mollissimis splendentibus flavis ultra marginem longe porrectis, in apice dentis uniuscujusque penicillum fere constituentibus. Stipulae magnae, ovatae, acutae, integerrimae, margine pilis splendentibus brevi-pedicellati: pedicellis calycibusque pilis splendentibus sericeis. Calycis foliola subaequalia, lanceolata. Corolla magna, aurea: petalis obcordatis calyce fere duplo longioribus, basi macula fulva notatis,

XLIX. POTENTILLA CANADENSIS.

P. caule adscendente debili, foliis radicalibus quinatis, foliolis sessilibus obovato-cuneiformibus superne acute-serratis candicanti-sericeis, petalis orbiculatis subintegris longitudine calycis.

SYN. P. (*Canadensis*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 58. Pursh. Fl. Americ. septentr. Vol. 1. pag. 354. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 595. Michaux Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag. 303. Willd. Spec. plant. T. 2. P. pag. 1107. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 713.

ICON. Nestl. Monogr. tab. 10. fig. 1.

Crescit in arvis Canadae et Caroliniae. Floret a mense Majo ad Augustum. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa, extus fusca. Caules subsimplices, adscendentes, teretes, graciles, uti petioli pilis patentibus albis hirsuti, digitales et spithamaei. Folia quinata, summa interdum ternata, *radicalia* longissime-petiolata, *caulina* distantia, brevius petiolata. Foliola sessilia, obovato-cuneiformia, superne acute-serrata, lineata, laete-viridia, pilis incumbentibus candicantibus dorso magis quam superiore pagina sericea. Stipulae ovatae, acutae, integerrimae vel incisae. Pedicelli in superiore caule axillares, solitarii, filiformes, laxi, elongati. Calycis foliola subaequalia, lineari-lanceolata, candicanti-sericea. Corolla lutea: petalis orbiculatis, laevissime-emarginatis, longitudine calycis. — Habitus fere P. Fragariae. —

L. POTENTILLA PETRAEA.

P. caule adscendente, foliis quinatis, foliolis cuneiformi-rhomboideis superne inciso-serratis utrinque sericeis incanis, corollis parvis, petalis obcordato-subrotundis calycem superantibus.

Syn. P (*petraea*) Conspect. Potent herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 292. (ex Autopsia herb. Willd.)

Icon. Tab. XI.

Crescit in Djilau, locis rupestribus saxosis. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix lignosa, tortuosa, superne squamis tecta. Caules plures, adscendentes, teretes, spithamaei, canescenti-tomentosi. Folia *radicalia* quinata longissime-petiolata: petiolis teretibus, incrassatis, densissime tomentosis incanis; *caulina inferiora* petiolata, ternata, summa sessilia simplicia. Foliola sessilia, cuneiformi-rhomboidea, antice inciso-serrata, utrinque sericea et incana: pilis incumbentibus confertissimis. Stipulae foliorum *inferiorum* lanceolatae, acutae, *superiorum* oblongae, obtusiusculae utrinque sericeae. Flores in summis caulibus nonnulli, plus minusve pedicellati, bracteis suffulti. Calyces dense-tomentosi: foliolis subaequalibus, ovatis, obtusiusculis. Corolla parva, ut videtur hepatica: petalis obcordato-subrotundis calyce longioribus. Receptaculum convexum, lanuginosum.

LI. POTENTILLA SUBACAULIS.

P. caule decumbente, foliis quinatis ternatisve, foliolis obovatis rotundato-obtusis crenatis, pilis adpressis stellatis subincano-tomentosis, petalis obcordatis calyce fere duplo longioribus.

Syn. P. (*subacaulis*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 71. (excl. syn. Poiret. De Cand. Barrel et Plukn. Heller. Fl. Wirceb. suppl. pag. 48. Wallroth. Ann. bot. pag. 147. (excl. syn. Gerard. Garid. Crantz. et Bocc.) Wahlenb. Fl. Carpath. no. 510. Bieb Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 409. (excl. syn. Gerard.) Pers. Synops. plant. pag. 56. Willd. Spec plant. T. 2. P. 2. pag. 1111. (excl. syn. Villars. Gerard. et Garid.) Iacq. Icon. plant. rar. Vol. 3. pag. 6. Coll. Vol. 2. pag. 145. Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 562. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. T. 1. pag. 364. Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. Spec. plant ed. 2. Vol. 1. pag. 715. (Gmel. Fl. Sib. Tom. 3. pag. 183. no. 34. Amm. Stirp. rar. Ruth. pag. 84. no. 110.)

P. (*cinerea*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 539. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 54. De Cand Fl. Franç. Vol. 6. pag. 543. Synops. plant. pag. 335. Fl. Franç. Vol. 4. no. 3743. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Chaix. ap. Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 567.

P. (*glaucescens*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Mag. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag 289.

P. (*verna*) Kunth Fl. Berolinens pag. 142. Besser. Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq. Vol. 1. pag. 334.

P. (*ovata*) Poir. Enc. bot. Tom. 5. pag. 601. (ex autopsia herb. Lam.)

P. (*incana*) Moench. Meth. suppl. pag. 279. — Fl. der Wetterau. Vol. 2. pag 248.

P. *arenaria*) M. B. Borckhaus. Flora der obern Grafschaft Catzenelnbog.

P. (*opaca*) Villars Fl. Delph. Vol. 3. pag. 566. (excl. syn. Linn.) Pollich. Fl Palat. Tom. 2. no. 498.

P. *verna variet* β. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 307. (fide specim.) All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1481.

P. *verna variet.* δ. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1104.

P. *opaca variet.* β. Lapeyr. Fl. Pyren pag. 288.

β. P. subacaulis β. pumila, scapis aphyllis. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 409.

Icon. α. Iacq. Icon. plant. rar. Vol. 3. tab. 491. (optima). Allion. Fl. Pedem. tab. 24. fig. 2. (bona). Barrel. Icon. no. 709. 710. (mediocr.) Clus. Hist. 2. pag. 106. fig. 2. (mediocr.) I. Bauh. Hist. plant. Vol. 2. pag. 398. g. fig. 1. (incompl.) 398. a. fig. 1. (mala). β. Gmel. Fl. Sib. Vol 3. tab. 36. fig. 2. (bona).

Crescit in Germania, Hungaria, Helvetia, in Vallesia, Pedemontio et Delphinatu aliisque fortasse Europae regionibus, in Sibiria et ad radices Caucasi, locis apricis sabulosis et petrosis siccis. Floret inde ab ineunte Majo per totam fere aestatem. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix sublignosa, ramosa et fibrosa. Caules plures, digitales et longiores, *seniores* decumbentes, basi reliquiis foliorum emortuis obsiti, *juniores* floriferi adscendentes, pilis mollissimis pubescentes uti tota planta subincani. Folia *inferiora* longe-petiolata, pro soli et loci natura vel quinata, vel quaternata, vel ternata; *superiora* brevius petiolata, ternata; *summa* simplicia trifida. Foliola sessilia rigidiuscula, obo-

vata, rotundato-obtusa vel subretusa, margine aequaliter obtuse-crenata, pilis subtilissimis, confertissimis arcte adpressis, stellatis subincana, supra magis pallide-viridia, venis elevatis parallelis praesertim subtus notata, lateralia in foliis quinatis multo minora. Stipulae foliorum *radicalium* lanceolatae longissimae, *caulinorum* latiores et breviores. Flores in summo caule, erecti, plus minusve pedicellati bracteis oblongo-lanceolatis plerumque integerrimis suffulti. Calycis foliola inaequalia, *exteriora* linearia multo minora et breviora, *interiora* ovato-oblonga, *omnia* obtusiuscula. Corolla flava. Petala obcordata foliolis calycinis exterioribus duplo longiora. Achenia venoso-gyrosa, pallida.

Obs. I. Nomine P. subacaulis in libris botanicis herbariisque duae reperiuntur plantae omnino diversae, quarum uni, quae satis pervulgata videtur, plura, modo in synonymia notata, nomina in floris plurium regionum indita sunt. Harum permultarum P. subacaulis in diversis regionibus denominationum fortasse in causa est incertus foliolorum numerus; nam in regionibus montosis et subalpinis, locis petrosis siccis, ubi hanc plantam vidi usque ad 4500 ped. Paris. altitudinem, plerumque habet folia ternata, rarius nonnulla sunt quaternata vel quinata, in quibus foliola lateralia multo sunt ceteris minora. In regionibus humilibus planis, ut apud Berolinum et Francofurtum ad Moenum, ubi haec planta saepissime occurrit, plurima fere, saepe omnia folia quinata sunt. Incertus hic foliolorum numerus in melioribus figurarum laudatarum non neglectus est, et in nonnullis librorum, quos dixi, indicatur.

Altera planta ab hac foliolorum forma pluribusque aliis signis primariis omnino diversa, est P. subacaulis ista, quae in montibus lapidosis Galloprovinciae nascitur, ut facile intelligetur ex comparatione figurarum laudatarum cum hujus plantae icone, quam olim

Garidelus in libro, qui inscribitur: Histoire des plantes qui naissent aux environs d'Aix et en plusieurs autres endroits de la Provence (Parisii 1719.) tab. 109. satis fidam, quoad folia, imprimendam curavit. Quam ob causam hanc plantam infra describam nomine P. *velutinae.* An aliis etiam in regionibus ea occurrat mihi ipsi incertum est omnino. Omnia, quae vidi, ex emplaria ex Galloprovincia erant atque in plurium annorum perlustratione Europae regionum plantarum fertilissimarum nullo mihi alio in loco invenire eam contigit.

Neutra species accuratius examinata confundi potest cum P. *verna* aut P. *opaca.*

Obs. II. Figura Sibbaldiana in libro, qui inscribitur: Scotia illustrata tab. 6. fig. 1 quam Nestlerus ad. P. *subacaulem* et simul ad P. *tridentatam* citat, ad *Sibbaldiam procumbentem* pertinere nobis videtur.

LII. POTENTILLA VALDERIA.

P. caule suberecto, foliis septenatis quinatisve, foliolis obovatis serratis subsericeo-tomentosis subtus incanis, petalis obovato-oblongis vix emarginatis calyce brevioribus.

Syn. P. (*Valderia*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 61. Pers. Synops. plant. Vol 2. pag. 55. De Cand. Synops. pag. 336. Fl Franç. no. 3753. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 598. (exclus. synon.) Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1108. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1484. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 714.

Icon. All. Fl. Pedemont. tab. 24. fig. 1. (bona).

Crescit in locis saxosis alpium Pedemontii, Vinadii et Valderii etiamque supra Tendam. ♃. (v. s.)

D e s c r i p t i o.

Radix lignosa, extus fusca. Caules ex eadem radice plures, fere pedales, suberecti, firmi, uti tota planta sericeo-tomentosi, incani, superne lanuginosi, basi reliquiis foliorum praeteritorum annorum instructi, apice in duos plerumque ramos, floriferos divisi. Folia *radicalia* longe-petiolata: petiolis canalicula notatis, pilis patentibus mollissimis instructis, septenata vel quinata; *caulina* quinata brevius petiolata, *summum* ternatum subsessile. Foliola obovata, obsolete-lineata, toto fere ambitu serrata firma, subcoriacea, *subtus* incano-tomentosa, juniora argentea, *supra* pallide viridia, subglabra vel ut in pagina inferiore sericea tomentosa et incana. Stipulae petiolares, lanceolatae, acuminatae, integerrimae, rarius denticulatae, in summo caule oblongae.

Flores subsessiles, erecti, subcorymbosi, dense congesti, bracteis laciniatis suffulti. Calyces tomentoso-lanuginosi, incani; foliola subconniventia, *exteriora* linearia longitudine interiorum; *interiora* semiovata; *omnia* acuminata. Corolla pallide sulphurea: petalis obovato-oblongis leviter emarginatis, calyce paullo brevioribus. Receptaculum lanatum.

Obs. A Potent. *lupinoide*, ad quam proxime accedit, primo adspectu facile distinguitur forma majori, foliolisque toto fere ambitu (nec apice tantum) serratis.

LIII. POTENTILLA LUPINOIDES.

P. caule erecto, foliis septenatis quinatisve, foliolis obovatis rotundato-obtusis, apice conniventi-serratis sericeo-villosissimis, stipulis maximis, petalis obcordatis calyce brevioribus.

Syn. P. (*lupinoides*) Nestl. Monogr pag. 60. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag 55. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1107.

P. (*nivalis*) Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 290. Suppl. pag. 69. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Franç. no. 3747. La Peyr. Acta Tolos. Vol. 1. pag. 210.

P. (*Valderia*) Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 572. (exclus. synon.) Usteri Annal. der Bot. Stück 21. pag. 65.

P. *lupinoides* β *nivalis* Pers. Synops. plant. l. c.

P. (*Valderia*) A lupinoides B nivalis Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 598.

P. (*lanata*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 646.

β P. nivalis β integrifolia Nestl. Monogr. l. c. De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag 543.

P. (*integrifolia*) Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 291. Ejusd. Suppl. Fl. Pyren. pag. 69.

Icon. α Act. Tolos. Vol. 1. tab. 16. (bona).

Crescit in editissimis alpibus Delphinatus, inque Pyrenaeis, locis saxosis. Floret mense Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix subsimplex, lignosa, extus fusca. Caules ex una radice plures, erecti, simplices, pilis densis mollissimis villosi, uti tota planta ca-

nescentes, 3 — 6 pollicares, rarius longiores basi reliquiis foliorum delapsorum involuti. Folia petiolata, *radicalia* quinata vel senata vel septenata, *caulina* (quorum in singulis caulibus unum plerumque rarius duo) ternata vel quinata: foliolis obovatis, rotundato - obtusis, apice dentibus inaequalibus conniventi - serratis, utrinque sericeo - villosissimis. Stipulae petiolares, integerrimae foliorum *radicalium* magnae, ovato-lanceolatae, acuminatae, *caulinorum* maximae, magis oblongae. Flores 3 — 6 terminales, ante anthesin subnutantes, dein erecti, in corymbum congesti, bracteis magnis, trilobatis, rarius laciniatis suffulti. Calyx villosus interdum 12 - fidus: foliolis *exterioribus* lanceolato - linearibus reliquis longioribus, interioribus ovato - lanceolatis acuminatis. Corolla alba calyce paullo brevior: petalis obcordatis. Receptaculum lanatum.

Varietas β differt foliolis magis ad lanceolatam formam accedentibus, caulinis monophyllis. Variat insuper foliolis calycinis pinnatifidis unde varietas γ La Peyrouse Fl. Pyren. l. c.

LIV. POTENTILLA CLUSIANA.

P. caule adscendente paucifloro, foliis radicalibus quinatis, superioribus ternatis, foliolis ovali-cuneiformibus apice conniventi-tridentatis pubescentibus, petalis subrotundis calycem superantibus.

Syn. P. (*Clusiana*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 60. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol 3. pag. 278. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1107. Host. Synops. plant. pag. 285. Braune Fl. Salisburg. Vol. 2. pag. 79. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 180. Iacq. Fl. Austr. Vol. 2. pag. 79. Murray Syst. veget. pag 478.

P. *caulescens β Clusiana* Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 595.

P. (*caulescens*) Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 361.

Fragaria (*caulescens*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 78.

Icon Iacq. Fl. Austr. Vol. 2. tab. 116. (optima). Curt. bot. Magaz. tab. 1327.

Crescit inter saxa et scopulos in summis alpium tractibus Austriacarum, Styriacarum, Carniolicarum, Tyrolensium et Salisburgensium. Floret per totam aestatem. ♃. (v. v.)

D e s c r i p t i o.

Radix multiceps, lignosa, ramosa, extus nigra. Caules plures, simplices, teretes, adscendentes, digitales, superne pubescentes, purpurascentes, basi petiolis relictis et valde squarrosis foliorum praeteritorum annorum dense cooperti. Folia utrinque pallide-viridia, pubescentia, ad marginem magis pilosa; pilis incumbentibus; *radicalia*

quinata petiolata, *caulina* ternata subsessilia. Foliola foliorum *radicalium* ovali-cuneiformia, apice subtruncata conniventi-tridentata, rarissime in foliolis nonnullis dentibus quatuor vel quinque instructis; *foliorum caulinorum* ovali-lanceolata, integerrima, acutiuscula. Stipulae ovato-lanceolatae, acuminatae, integerrimae, in summo caule basi purpurascentes. Corymbi terminales, pauciflori, pedicellis erectis interdum bracteis lanceolatis acuminatis instructis. Calyx pilosus, purpureus: foliolis *exterioribus* subulatis longitudine foliorum interiorum, *interioribus* ovato-lanceolatis. Corolla candida, magna: petalis subrotundis obtusis, basi angustatis, subintegerrimis. Filamenta glabra plerumque rubra, rarius albida: antheris flavescentibus. Pistilli purpureo-sanguinei. Receptaculum villosum.

Obs. Differt a P. *caulescenti*, ad quam proxime accedit, praeter alias notas, statura minore et firmiore; foliis *radicalibus* plerumque tridentatis (nec multidentatis) *caulinis* integerrimis; corymbis paucifloris; diversitate formae foliorum calycis interiorum; corollis multo majoribus; petalis subrotundis; filamentis glabris (nec dense villosis).

LV. POTENTILLA CAULESCENS.

P. caule adscendente debili multifloro, foliis radicalibus quinatis, caulinis ternatis, foliolis obovatis subcuneatis superne conniventi-serratis margine pilosis, petalis obovato-cuneiformibus vix emarginatis calycem aequantibus.

Syn. P. (*Caulescens*) Nestl Monogr. de Potent. pag. 59. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 478. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 290. Wahlenb. de veget. in Helv. no. 546. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 166. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 277. Willd. Enumerat. plant. pag. 554. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Franç. Vol. 4. no 3752. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 597. Moench. Meth. suppl. pag. 280. Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 309. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1106. Host. Synops. pag. 284. Braune Fl. Salisburg Vol. 2. pag. 81. Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 572. All. Fl. Ped. Tom. 2. no. 1428. (excl. syn. Crantz. et Hall.) Iacq. Fl. Austr. Vol. 3. pag. 11. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 714. Amoen. Acad. Vol. 4. pag. 317.

P. *alba variet. β.* Lam. Fl. Franç. 3. pag. 118.

Icon. Iacq. Fl. Austr. Vol. 3. tab. 220. (optima.) Sturm. Deutschl. Fl. Fasc. 1. (optima.) Gesn. Opera bot. Pars. 2. tab. 30. no. 98. (mediocr.)

Crescit in Europae australis summis alpium jugis, locis rupestribus. Floret mense Julio et Augusto. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix multiceps, lignosa, tortuosa, digitum fere crassa, fissuris rupium impressa. Caules plures, adscendentes vel erecti, teretes, digitales semipedales et longiores, graciles, simplices, pilosi, basi reliquiis foliorum praeteritorum annorum involuti, superne in ramos floriferos corymbum constituentes divisi. Folia *radicalia* longe-petiolata, quinata; *caulina* brevius petiolata, ternata; *summa* subsessilia. Foliola obovata, subcuneiformia superne conniventi-serrata: serraturis inaequalibus denteque terminali reliquis breviore, utrinque viridia: margine pilis mollibus albis instructa. Stipulae petiolares integerrimae acutae in inferioribus foliis lanceolatae, in superioribus sensim latiores et magis ovatae. Pedunculi seu rami in summo caule congesti, in pedicellos, bracteis ovato-lanceolatis plerumque oppositis instructis, subdivisi, pilis densis, mollissimis, albis canescentes. Calyces dense pilosi, basi canescentes: foliolis linearibus aequalibus acuminatis, interdum purpurascentibus. Corolla alba petalis obovato-cuneiformibus, angustatis, vix emarginatis, longitudine calycis vel paullo longioribus. Filamenta usque ad apicem dense villosa: antheris glabris sulphureis. Receptaculum hirsutum, hirsutie albicante.

LVI. POTENTILLA ALBA.

P. caule procumbente debili paucifloro, foliis inferioribus quinatis, superioribus ternatis, foliolis oblongis apice conniventi-serratis, supra glabris, subtus sericeo-canescentibus, petalis obcordatis calycem superantibus.

Syn. P. (*alba*) Nestl Monogr. de Potent. pag. 58. Horn. Hort. Hafn Vol. 2. pag. 477. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 512. Lapeyr. Fl Pyren. pag. 290. Clairville Manuel d herb. en Suisse pag. 166. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 277. Heller Fl. Wirceburg. Vol. 1. pag. 531. Besser Pr. Fl. Gallic. Austr. utriusq. Vol. 1. pag. 335. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 554. Bieberst. Fl Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 409. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Spreng. Fl. Halens. pag. 148. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Frç. no. 3756. Gmel. Fl. Badens. Vol. 2. pag. 450. Poir Enc. bot. Vol. 5. pag. 596. (excl. variet. β) Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 309. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1106. Smith. Fl. Brit. Vol. 2. p. 551. Host. Synops. pag. 284. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 179. Lumnitzer. Fl. Poson. pag. 213. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 223. Tom. 2. pag. 574. Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 572. All. Fl. Ped. Tom. 2. no. 1432. Retz Pr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 97. Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 118. (exclus. variet. β.) Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 713.

P. (*nitida*) Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 362.

P. (*Clusiana*) Geners. Catal. scepus. no. 277. (fide Wahlenb.)

P. (*cordata*) Braune Fl. Salisburgens. Vol. 2. pag. 80. Schrank. Pr. Fl. Salisb. no. 467.

Fragaria (*alba*) Crantz. Stirp. Aust. fasc. 2. ed. 2. pag. 78.

Fragaria. Haller. Hist stirp. Helv. no. 1123.

Icon. Iacq Fl. Austr. Vol. 2. tab. 115. (optima.) Engl. bot. Vol 20. tab 1384 (optima.) Sturm. Deutschl. Fl. fasc. 4. (optima.) Hort. Eystet. Pars. 2. ordo VII. vernal. fol. 7. fig. 4. (mediocr.) Gesn. Opera bot. P. 2. tab. 26. no. 97. (mediocr.) Camer. Epit. pag. 761. (mediocr.) Clus. Hist. Vol 2. pag. 105. fig. 1. (mediocr.) Dalech. Hist. 2. pag. 1265. fig. 3. (mediocr.) Fuchs Icon pag. 357. (eadem fig.) I. Bauh. Hist. 2. pag. 398. e. fig. 1 (eadem fig.) Dalech. Hist. l. c. pag. 1265. fig. 1 (eadem fig.) Tragus. Vol. 1. pag. 403. mediocr.) Tabernaemont. pag. 352. fig. 1. (mediocr.) Moris. Hist. 2. Sect. 2. tab. 19. fig. 6. (mala.)

Crescit in Europa media et australi et in Caucaso Iberico locis herbidis sylvaticis montanis, nec tamen ad alpes adscendit. Floret a mense Majo ad Junium et, ut monent jam Clusius, Jacquinius, Gmelinus aliique, saepe denuo a mense Augusto ad Septembrem et Octobrem. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix lignosa, extus nigrescens, intus albida, ramosa, epidermide descissa, ramis subfusiformibus inferne fibrillosis. Caules plures, e basi lignosa, reliquiis foliorum praeteritorum annorum tecta, teretes, herbacei, procumbentes vel adscendentes, tenues, debiles, incumbenti-pilosi pallidi-virentes, superne in pedicellos nonnullos divisi, tres vel quatuor uncias longi. Folia *inferiora* quinata: petiolis caule longioribus; *superiora* ternata, brevi-petiolata. Foliola oblonga, obtusiuscula, *supra* glabra, laete-viridia; subtus sericea canescentia, ad apicem serrata:

serraturis 3—5, rarius pluribus conniventibus praesertim in inferioribus, quae reliquis sunt majora. Stipulae lanceolatae, acuminatae, integerrimae, decurrentes, vaginantes. Pedicelli superne axillares et terminales, filiformes, pilosi longitudine caulium, nunc ebracteati nunc in medio bracteis duabus lanceolatis incisis, oppositis instructi, ex quarum axillae interdum prodeunt flores, qui serius explicantur. Calyces pilosi, subhirsuti, foliolis *exterioribus* brevioribus linearibus, *interioribus* semilanceolatis, reliquis duplo triplove latioribus. Corolla nivea magna: petalis obcordatis. Filamenta stylique glabri, albi. Receptaculum hirsutum.

Obs. Varietas β, foliis ternatis radicibus longe reptantibus, cujus Poiretius l. c. facit mentionem ad *P. splendentem* pertinet, ut ex inspectis herbariis Parisiensibus certo scio.

LVII. POTENTILLA ALCHEMILLOIDES.

P. caule suberecto multifloro, foliis quinatis septenatisve, foliolis oblongo-lanceolatis apice conniventi-subtridentatis, supra glabris subtus sericeo-argenteis, petalis ovato-oblongis emarginatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*alchemilloides*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 62. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 291. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Franç no. 3755. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 597. Lapeyr. in Act. Tolos. Vol 1. pag. 212.

P. (*Pyrenaica*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf Freunde zu Berl Sieb. Jahrg. pag. 292.

Icon. Acta Tolos. Vol. 1. tab. 17. (bona)

Crescit in editis imis Pyrenaeis locis rupestribus saxosis. Floret mense Julio et Augusto. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix lignosa, crassa, extus fusca, fissuris rupium inhaerens. Caules plures, simplices, suberecti, teretes, plus minusve tomentosi, incani, basi reliquiis scariosis stipularum et petiolorum praeteritorum annorum dense tecti, pedales et longiores. Folia radicalia longissime-, caulina (quorum duo tantum adesse solent) brevi-petiolata, quinata, septenatave. Foliola oblongo-lanceolata, basi attenuata, exteriora multo minora, *supra* glabra, pallide-viridia, *subtus* sericeo-argentea, rarius integerrima, plerumque apice tri-vel multidentata: dentibus conniven-

tibus intermedio in iis, quae tridentata reperiuntur, reliquis breviore. Stipulae foliorum *radicalium* subulatae *caulinorum* ovato - lanceolatae, acuminatae, subtus incanae. Corymbi terminales multiflori incani, lanuginosi: floribus congestis brevi - pedicellatis, bracteis trilobatis suffultis. Calyces tomentosi: foliolis *exterioribus* lanceolatis; *interioribus* latioribus magis ovatis, *omnibus* acuminatis aequali longitudine. Corolla alba calyce paullo longior: petalis ovato - oblongis, rotundato - obtusis, emarginatis. Filamenta glabra in duplicem seriem disposita: antheris oblongis. Receptaculum convexum, villosum.

LVIII. POTENTILLA COMAROIDES.

P. caule adscendente, foliis radicalibus quinatis caulinis ternatis, foliolis ellipticis subquinquedentatis, supra subglabris subtus sericeo-canis, petalis obcordatis calyce multo longioribus (atropurpureis).

Syn. P. (*comaroides*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 542. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 62.

P. *comaroides* Humb. et Bompl. in literis.

P. (*rubra*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 292.

Icon. Nestl. Monogr. tab. 4. fig. 3.

Crescit in devexis montis ignivomi *Iorullo*, altitudine 520 hexapodar. regione calidissima Nov. Hispan. Floret mense Septembro. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caules ex eadem radice 2 — 3, simplices, adscendentes, compressi, adpresso-pilosi Folia *radicalia* quinata, petiolata: stipulis lanceolatis membranaceis; *caulina* 2 — 3, ternata, distantia, stipulis ovatis insidentia. Foliola subsessilia, elliptica *supra* obscure-viridia, subglabra, *subtus* sericea et incana: pilis confertissimis ultra marginem porrectis, in foliis *radicalibus* apice subquinquedentata: dentibus inaequalibus; in *superioribus* foliis 2 — 3 dentata vel integerrima. Stipulae petiolares, integerrimae, subtus sericeae et canescentes. Flores plus minusve pedicellati, erecti, in panicula terminalis corymbosa dispositi, bracteis lan-

ceolatis, acutis, plerumque oppositis suffulti, pedicellis canescentibus, incumbenti-pilosis. Calyces dense-pilosi, sericei; foliola *exteriora* reliquis multo breviora, lanceolata, obtusiuscula, latere interiore viridia; *interiora* semiovata, acuminata, interiore latere atropurpurea. Corolla atropurpurea: petalis obcordatis calyce multo longioribus. Receptaculum hemisphaericum lanuginosum: acheniis rugulosis.

LIX. POTENTILLA STIPULARIS.

P. caule erecto debili, foliis inferioribus septenatis, superioribus ternatis, foliolis lineari-oblongis tridentatis, subglabris, stipulis maximis dilatatis, petalis obovatis vix emarginatis calyce longioribus, receptaculo glabro.

SYN. P (*stipularis*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 49. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 275. Pers. Synops. plant. T. 2. P. 2. pag. 54. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 592. Willd. Spec plant. T. 2 P. 2. pag. 1103. Linn. Obs. mant alt. pag. 400. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag 185. no. 38 et 39. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 712.

ICON. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. tab. 37. fig. 2. (mediocr.)

Crescit in Sibiria ♃. (v s.)

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa. Caules plures, subsimplices, erecti, teretes, debiles, semipedales et longiores, glaberrimi, inferne leviter rubentes. Folia *radicalia* longe-petiolata, plerumque septenata, rarius novenata petiolis tenuissimis, glaberrimis, rubescentibus; *caulina* stipulis permagnis dilatatis insidentia, *inferiora* quinata septenatave, *superiora* ternata Foliola sessilia, subaequalia, lineari-oblonga, utrinque glabra, pallide-viridia, margine subpilosa, apice tridentata, rarissime integerrima. Stipulae petiolares caulem amplectentes, permagnae ovatae, basi dilatatae, longe acuminatae, glabrae, margine subpilosae. Flores parvi in summis caulibus plus minusve pedicellati, subcorymbosi, bracteis incisis suffulti: pedicellis pedunculisque filiformibus,

laxis, subglabris. Calyces subglabri; foliola aequali longitudine, margine pilosa, *exteriora* linearia, *interiora* semiovato-lanceolata, acuminata. Corolla flava: petalis obovatis laevissime-emarginatis calyce longioribus. Receptaculum convexum, glaberrimum.

Obs. Lapeyrousius adnotat in Act. Tolos. Vol. 1. pag. 212. sibi hanc plantam! occurrisse in montibus Pyrenaeis. Exemplaria quae hoc nomine a Lapeyrousio accepi omnia pertinebant ad varietatem β P. *lupinoidis*.

LX. POTENTILLA FLAGELLARIS.

P. caule sarmentoso filiformi, foliis quinatis, foliolis lanceolatis serratis subglabris, pedicellis axillaribus solitariis filiformibus elongatis, petalis obovatis integerrimis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*flagellaris*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 291.

Icon. Tab. XII.

Crescit in Sibiria orientali. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix fasciculata, fibrosa. Caules plures, sarmentosi, filiformes, teretes, longissimi, pubescentes. Folia distantia, petiolata, quinata, utrinque subglabra, pallide-viridia: foliolis sessilibus, lanceolatis, argute-serratis, exterioribus paullo minoribus. Stipulae lanceolatae, acutae, subglabrae, integerrimae rarius 2 — 3 partitae. Pedicelli axillares, solitarii, filiformes foliis longiores plus minusve pilosi: pilis incumbentibus. Calyces subglabri: foliolis aequalibus, lineari-lanceolatis, acuminatis. Corolla aurea: petalis obovatis, integerrimis, calyce paullo longioribus. Receptaculum convexum, lanuginosum.

LXI. POTENTILLA SIMPLEX.

P. caule sarmentoso, foliis quinatis, foliolis oblongo-ovalibus serratis subtus subpilosis pedicellis axillaribus solitariis longitudine foliorum, petalis rotundatis vix emarginatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*simplex*) Nestl. Monogr. de Potent. pag 40. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 1. pag. 354. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 596. Michaux Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag 303.

P. (*sarmentosa*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 543. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 64. Willd Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 554. (fide spec. herb. Willd et hort Berolin)

P. (*Caroliniana*) Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. Poir. Enc. bot. Vol. 5 pag. 595.

Icon. Nestl. l. c. tab. 9. f. 2.

Crescit in arvis et sylvis siccis Canadae, Pensylvaniae et Virginiae. Floret a mense Majo ad medium Augustum. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Caules plures, procumbentes, simplices, sarmentosi, angulosi, hirsuti, pedales et longiores. Folia quinata, petiolata *summa* rarius ternata, subsessilia. Petioli subteretes, pilis albis patentibus dense hirsuti. Foliola oblongo-ovalia, serrata, subtus magis quam supra praesertim ad costam et venas pilis brevibus adpressis instructa, juniora subsericea. Stipulae foliorum inferiorum profunde incisae, superiorum ovato-lanceolatae, subintegrae. Flores parvi, solitarii, laterifolii pe-

dicellis tenuissimis, filiformibus, longitudine foliorum iisque paullo longioribus, ebracteatis, dense pilosis insidentes. Calyces pilosi: foliola aequali longitudine corolla paullo breviora, acute, *exteriora* lineari-lanceolata, *interiora* semiovato-lanceolata. Corolla lutea: petalis rotundatis, vix emarginatis. Receptaculum hemisphaericum pilosum.

LXII. POTENTILLA REPTANS.

P. caule repente, foliis quinatis, foliolis obovato-cuneiformibus argute-serratis pilosis, pedicellis axillaribus solitariis folio longioribus, petalis obcordatis calyce longioribus.

Syn. P. (*reptans*) Nestl. Monogr. pag. 64. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 478. Swartz. Summa veget. Scand. pag. 19. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 513. De Veget. in Helv. no. 547. Lepeyr. Fl. Pyr pag. 291. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 167. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol 3 pag. 278. Heller. Fl. Wirceb. pag. 531. Besser Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq. Vol 1. pag. 335. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 555. Bieb. Fl Taurico-Caucas Vol. 1. pag. 409. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. Spreng. Fl Halens. pag. 148. De Cand. Synops. pag. 335. Fl. Frç. no. 3744. Smith. Pr. Fl. Graec Vol. 1. no. 1183. Gmel. Fl. Badens Tom. 2. pag 45. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 595. Suter Fl. Helv. Vol. 1. pag. 310. Smith. Fl. Brit. Vol. 2. pag. 551. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1108. Host. Synops. pag. 285. Braune Fl. Salisb. Vol. 2. pag. 83. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 180. Lummitzer. Fl. Poson. pag. 214. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 223. Tom. 2. pag. 575. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 568. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1485. Retz Pr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 97. Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 115. Pollich. Fl. Palat. Tom. 2. no. 499. Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 361. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 714. Fl. Suec. ed. 2. pag. 178.

Fragaria (*Pentaphyllum*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 80.
Fragaria. Haller. Hist. stirp Helv. no. 1118.
β. Pohl Tent. Fl. Bohem. 2. p. 184. Smith. Fl. Brit. l. c.
P. (*sessilis*) Hoppe. Bot. Taschenb. 1796. pag. 65. Schmidt. Botanische Beobachtung. in: Mayer Samml. physical. Aufsätze Vol. 1. pag. 197.
Icon. α Fl. Dan. Vol. VII. tab. 1164. (optima) Engl. bot. Vol. 12. tab. 862. (optima.) Fl. Batav Vol. 1. tab. 66. (mediocr.) I. St. Hilaire Plantes de la France. Vol. 4. tab. 311. (bona.) Curt Fl. Lond Fasc. 1. tab. 37. (optima.) Schkuhr. Handb. Vol 2. tab. 136. (bona) Sabb. Hort. Rom. Vol. 5. tab. 45. (bona.) Blackw. herb. tab. 454. (mediocr.) Gesn. opera bot. Pars 2. tab. 29. (mediocr.) Ludw. Ectypa veget. fasc. 5. tab. 116. (bona.) Regnault. bot. Vol. 1. tab. 138. (mediocr.) Moris. Hist. 2. Sect. 2. tab. 19. fig. 7. (mala) Fuchs Icon. pag. 358. (eadem fig.) I. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 397. (eadem fig.) Tabernaemont. pag. 351. fig. 3. (mala.) Dalech. Hist. Vol. 2. pag. 1264. fig. 1. (mediocr.) Lob. Icon. 690. fig. 1. (eadem fig.) Lob. Hist. pag. 393. fig. 2. (eadem fig.) Matthiol. pag. 434. (mediocr.)
β. Mayer in: Abhandl. der Böhm. Gesellschaft der Wissenschaft. 1785. tab. 1. fig. 2. (mala.)

Crescit per totam Europam et Asiam orientalem ad vias, fossas argillosas, viarum et agrorum margines, locis praesertim subhumidis. Floret per totam aestatem. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix fusiformis subsimplex, extus fusca. Caules numerosi, teretes, flagelliformes, geniculati, procumbentes, reptantes, pedales, cubitales et longiores, plerumque purpurascentes. Folia longe-petiolata, quinata, per paria plerumque e geniculis caulium magnis intervallis prodeuntia, erecta, pro soli et loci natura plus minusve pilosa: foliolis in-

aequalibus obovato - cuneiformibus, toto fere ambitu argute-serratis. Stipulae ovato - lanceolatae, acutae, integerrimae, rarius denticulatae. Pedicelli axillares, solitarii, erecti, foliis longiores, ebracteati. Calycis foliola lanceolata, subaequalia, exteriora saepe reflexa. Corolla lutea, interdum tetrapetala: petalis obcordatis calyce longioribus. Filamenta corolla breviora duplici serie disposita.

LXIII. POTENTILLA NEMORALIS.

P. caule prostrato filiformi, foliis quinatis ternatisque subpedatis, foliolis obovatis basi cuneatis superne inciso-serratis subtus adpresso-pilosis, pedicellis axillaribus solitariis elongatis, floribus subtetrapetalis; petalis obcordatis.

Syn. P. (*nemoralis*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 65.

P. (*sylvestris*) Renault. Fl. du départem. de l'Orne. pag 148.

P. (*procumbens*) Sibth. Fl. Oxoniens. pag. 162.

Tormentilla (*reptans*) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 479. Swartz. Summa veget. Scand. pag. 19. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 292. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 279. Heller Fl. Wirceb. Vol. 1. pag. 533. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag 557. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. De Cand. Synops plant. pag. 334. Fl. Franç. no. 3730. Smith Fl Brit. Vol. 2. pag. 553. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1112. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 180. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag 220. Tom. 2. pag 567. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 716.

Tab. XIII.

Icon. Engl bot. Vol. 12. tab. 864. (mediocr.) Plot. Natural. history of Oxf-chire cap. 6. tab. 9. fig. 5. (mala.) Petiv. opera ad hist. nat. spect. Vol. 41. fig. 10. (mala.)

Crescit in Gallia boreali, Germania, Anglia et Scandinavia locis nemorosis umbrosis, ad sepes et agrorum margines. Floret mense Junio et Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix ramosa extus fusca. Caules nonnulli subsimplices, prostrati, flagelliformes, pedales sesquipedales et longiores, pubescentes, foliosi, Folia longe-petiolata, erecta, pallide-viridia subtus magis quam supra pilosa: pilis incumbentibus; *inferiora* quinata, subpedata, *superiora* ternata: foliola subsessilia, obovata, basi cuneiformia, superne inciso-serrata exteriora multo minora. Stipulae plerumque lanceolatae, indivisae, rarius lobatae. Pedicelli solitarii, oppositi folii, capillares, foliis longiores, ebracteati, pilosi. Calyx octofidus, rarius decemfidus, pilosus: foliolis aequali fere longitudine, *exterioribus* lanceolatis, *interioribus* ovalibus. Corolla aurea: petalis 4 rarius 5 calyce longioribus obcordatis. Achenia rugulosa.

Obs. Haec species haud raro permutata est cum varietate P. *Tormentillae* multo frequentiore, quae habet folia plus minusve petiolata, atque, ut ex autopsia plurimorum herbariorum certo scio, etiam cum P. *reptante*, quae, ut in introductione pag. 5. notavi, interdum occurrit floribus tetrapetalis calycibusque octofidis. A priore facile distinguitur foliis subpedatis, foliolorum forma aliisque notis, a posteriore caule decumbenti minime reptanti aliisque signis compluribus. Figura supra citata in duodecimo volumine English. Botany, optima longe iconum, quas attuli, imperfecta et minus accurata mihi videtur, qua de causa haud supervacaneum putavi, accuratiorem hujus plantae imaginem exhibere. Figura in septimo volumine tab. 1217. florae Danicae nomine *Tormentillae reptantis* signata, ad hanc plantam vix poterit referri, potiusque sit varietas foliis petiolatis P. *Tormentillae*.

***) FOLIIS TERNATIS.

LXIV. POTENTILLA TORMENTILLA.

P. caule adscendente dichotomo, foliis ternatis caulinis sessilibus, foliolis lanceolato-ovalibus inciso-serratis, pedicellis solitariis dichotomalibus lateralibusque, corollis subtetrapetalis, petalis obcordatis.

SYN. P. (*Tormentilla*) Nestl. Monogr. de Potent pag. 65. Clairville Manuel d'herb. en Suisse, pag. 167. Savi Fl Pisana. Tom. 1. pag. 483. Sibth. Fl. Oxoniens. pag. 162. With. Bot. arrangement. ed. 2. pag. 535. Schrank Pr. Fl. Salisburg. no. 471. Baiersche Fl. Vol. 2 pag. 53.

P. (*Tormentilla erecta*) Scopol Fl. Carn ed. 2. Tom. 1. pag. 360.

P. (*sylvestris*) Necker Deliciae Gallo-Belgic. Vol. 1. pag 222.

Tormentilla (*officinalis*) Lapeyr. Fl Pyren. pag. 291. Heller. Fl. Wirceb. Vol. 1. pag. 532. Spreng Fl. Halens. pag. 145. Smith. Pr. Fl. Graec. no. 1185. Fl. Brit. Vol. 2. pag. 552. Withering Arrangement of. Brit. Plants. ed. 4. Vol. 3. pag. 467. Curt. Fl. Lond. fasc. 5. tab. 35.

Tormentilla (*erecta*) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 479. Swartz. Summa vegetab. Scand. pag. 19. Wahlenb. Fl. Carpath. no. 514. de Veget. in Helv. no. 548. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 279. Besser. Fl Gall. Austr. utriusq. Vol 1. pag. 336. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 556. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 410. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. De Cand. Synops. pag. 334. Fl. Franç. no. 3729. Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 454. Suter.

Fl. Helv. Vol. 1. pag. 311. Willd. Spec. plant. T. 2. P. pag. 1112. Host. Synops. plant. pag. 286. Braune Fl. Salisburg. Vol. 2. pag. 85. Moench. Meth. pag. 660. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 180. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 220. Tom. 2. pag. 566. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 576. All. Fl. Pedem. Tom. 1. no. 1072. Retz. Pr. Fl. Scand. ed. 1. pag. 97. Pollich. Fl. Palat. Tom. 2. no. 500. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 180. no. 25. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 716. Fl. Suec. ed. 2. pag. 179.

Tormentilla (*tuberosa*) Renault Flore du départ. de l'Orne. pag. 148.

Fragaria (*Tormentilla*) Crantz. Stirp. Austr. fasc. 2. ed. 2. pag. 80.

Fragaria. Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1117.

β alpina Pers. Synops. l. c. Gmel. Fl. Badens. l. c. Vill. Fl. Delph. l. c. Lam. Fl. Franç. l. c. Haller. l. c.

Icon. Fl. Dan. 4. tab. 589. (optima.) Svensk. bot. Vol. 1. tab. 19 (optima.) Engl. bot. Vol 12. tab. 863. (optima) Flora Batava tab. 114. (optima.) Curt. Fl. Lond. Fasc. 5. tab. 35. (optima.) I. St. Hilaire Plant. de la France. Vol. 4. tab. 368. (bona.) Regnault. bot. Vol. 3. tab. 300. (bona.) Sabb. Hort. Roman. Vol. 5. tab. 46. (bona.) Blackw. herb. tab. 445. (bona.) Schkuhr. bot. Handb. tab. 136. (bona.) Sturm. Deutschl. Fl. Fasc. 34. (optima.) Lam Illustr. tab. 444. (mediocr.) Ludw. Ectypa vegetab. fasc. 7. tab. 174. (bona.) Garidel. Hist. des plant. d'Aix. tab. 103. (bona.) I. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. g. fig. 2. (mala.) Lob. Icon. pag. 696. fig. 2. (mala.) Lob. Hist. pag. 395. fig. 2. (mediocr.) Camer. Epit. pag. 685. (mediocr.) Tabernaemont. pag. 360. (mediocr.) Moris. Hist. 2. Sect. 2. tab. 19. fig. 13. (mediocr.) Dalech. Hist. Vol. 2. pag. 1267. (mala.) Petiv. oper. ad hist. natur. spect. Vol 2. tab. 41. fig. 9. (mala.) Matthiol. pag. 436. (mediocr.) Tragus Vol. 1. pag. 400. (mala.)

Crescit per totam Europam et Asiam orientalem in pascuis sterilibus, ericetis et dumosis, ad vias, in sylvis graminosis inque pinetis et pratis alpium inferiorum. Floret mense Junio et Julio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix incrassata, subtuberosa, forma et magnitudine varia, subcylindrica, extus fusca, intus rubella. Caules plures vel suberecti vel adscendentes vel decumbentes, teretes, debiles, filiformes, foliosi, subpilosi, superne dichotomo-ramosi; ramis divergentibus. Folia ternata *radicalia* longe-petiolata; *caulina* sessilia foliolis subrotundis: *infima* interdum brevi-petiolata: foliolis lanceolato-ovalibus, inciso-serratis utrinque pubescentibus interdum subglabris. Stipulae foliolis plerumque connatae, incisae. Flores pedicellati, ante anthesin nutantes, dein erecti, ex dichotomia ramorum, terminales et oppositifolii. Pedicelli filiformes, solitarii, ebracteati, dense pilosi. Calyces patentes pilosi. Corolla lutea plerumque tetrapetala: petalis obcordatis calyce longioribus. Achenia in singulis receptaculis perpauca, glabriuscula.

Obs. I. Variat foliis petiolatis, floribus plenis hexapetalis, pentapetalis et tripetalis, foliolisque calycinis 12, 10 et 6. Flores tetrapetali et pentapetali in una eademque stirpe in multis regionibus haud raro reperiuntur, ut supra uberius explicavi in introductione.

Obs. II. Stipulis haud raro quoad formam maxima intercedit similitudo cum foliolis, earumque collocatio et magnitudo plerumque est ejusmodi, ut magis etiam ad foliolorum numerum referendae videantur, quibus Hellerus, Rothius aliique complures adnumeravere. Quum autem foliola, *folio petiolato*, plerumque ternata reperiantur, tumque foliola ista, quas stipulas diximus, a reliquis

separentur et in caule remaneant, hac de causa haec nominatio satis nobis probari videtur. Quamquam in omnibus figuris radices exhibitae sunt, folia radicalia desiderantur in omnibus fere, quae magis hoc sunt notabilia, quod forma a reliquis recedunt. Quae non praetermisit diligentissimus Schkuhrius, qui accurate exhibuit in imagine supra indicata.

LXV. POTENTILLA NORWEGICA.

P. caule erecto superne dichotomo, foliis ternatis petiolatis, foliolis oblongis acute-serratis patenti-pilosis, pedicellis axillaribus, petalis obovatis calyce brevioribus.

Syn. P. (*Norwegica*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 66. Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag 478. Swartz. Summa veget. Scand. pag. 19. Pursh. Fl. Amer. sept. Vol. 1. pag 354. Wahlenb. Fl. Lapp. no. 266. Ait. Hort Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 279. Besser. Pr. Fl. Gall. Austr. utriusq Vol. 1. pag. 335? Pers. Synops plant. Vol. 2. pag. 56. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 600. (excl. syn. Hall. et Moris) Michaux Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag 332. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1109. (exclus. syn. Hall et Moris) Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 180? Retz Prodr Fl Scand. ed. 2. pag. 97. (Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 184. no. 36.) Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 715. Fl. Suec. ed. 2. pag. 178.

P. (*trifolia*) Gilibert Suppl syst. plant Europae. pag. 361.

P. (*dichotoma*) Moench. Meth. pag. 659.

Icon. Fl. Dan. Vol. 1. tab. 171. (mediocr.) Bertolin. Act. Hafn. 1673. pag. 346. tab. 346. (mediocr.) Gottsched. Fl. Prussica. no. 70. (mediocr.)

Crescit in Lapponia, Norwegia, Suecia, Borussia et Hungaria, in Sibiria, Americaque septentrionali, in arvis et locis montosis. Floret mense Junio et Julio. ☉. (v. v.)

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa, extus fusca. Caules ex una radice plures, erecti, teretes, basi simplices, rubescentes, superne dichotomo-ramosi, pilis patentibus instructi. Folia ternata, *inferiora* petiolata, alterna; *superiora* subsessilia, opposita. Foliola subsessilia: oblonga, acute-serrata, utrinque pilis patentibus adspersa. Stipulae ovatae, acuminatae, plerumque integerrimae, rarius inferiores incisae vel dentatae. Flores permulti in summo caule paniculam dichotomam constituentes, erecti, pedicellis axillaribus, solitariis, ebracteatis, semipollicaribus, pollicaribus et longioribus. Calyces pilosi: foliolis subaequalibus, lanceolatis, acutis. Corolla lutea: petalis obovatis, integerrimis calyce brevioribus, caducis. Receptaculum glabrum: acheniis rugulosis, pallide-flavis.

Obs. In nonnullis herbariis et hortis botanicis hanc speciem nomine P. *fragariaefoliae* Hoppii observavimus.

LXVI. POTENTILLA HIRSUTA.

P. caule erecto simplici, foliis ternatis petiolatis, foliolis subrotundis hirsutis inaequaliter dentato-serratis, dentibus obtusis, petalis calyce brevioribus.

SYN. P. (*hirsuta*) Nestl. Monogr de Potent pag. 67. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 1. pag. 353. Michaux Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag. 303.

P. (*Morisoni* De Cand. Catal. plant. Hort. Monspel. pag 135.

P. (*Monspeliensis*) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 478. Ait. Hort. Kew. ed 2. Vol. 3. pag. 278. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. Poir. Enc bot. Vol. 5. pag 599. Willd. Spec. plant. Tom. 2. P. 2. pag. 1109. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 714.

Fragaria (*parviflora*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3 pag. 112.

ICON. Nestl. Monogr. tab. 9. fig. 1. Moris. Hist. 2. Sect. 2. tab. 20. fig. 2. (medioer.)

Crescit in America septentrionali. Floret mense Julio et Augusto. ⊙. (v. s.)

Descriptio.

Caulis erectus, teres, subsimplex, purpurascens, pilis patentibus mollibus uti petioli hirsutus. Folia ternata, *infima* longe-superiora brevi-petiolata, alterna, *summa* sessilia, opposita. Foliola in inferiobus foliis subrotunda, in superioribus magis oblonga vel obovata, obtusa, margine grosse dentato - serrata, subincisa; serraturis rotundato-obtusis aequalibus, interdum denticulatis; inferiore pagina magis quam

superiore hirsuta, pallide-viridia. Stipulae ovato-oblongae basi inaequales plerumque integerrimae, rarius sinuato-dentatae. Panicula terminalis pauciflora, dichotomo-ramosa, pedicellis brevibus supraaxillaribus canescentibus, uti calyces hirsutis. Calycis foliola aequali fere longitudine, *exteriora* oblonga obtusiuscula basi paullulum attenuata; *interiora* semiovata, acuta. Corolla pallide-flava: petalis obovatis, laevissime emarginatis, et fere obcordatis, calyce paullulo brevioribus. Receptaculum ovatum, glabrum: acheniis rugulosis.

Obs. Incauta haec species *Monspeliensis* dicta fuit, nullibi etenim nec ad Monspelium nec in Europa reperta fuit. Magnolius hanc indicat non in Botanico, sed in horto et citat hortum Blesensem Morisonii; Morisonius autem dicit disertis verbis: semina secum communicata fuisse ex Virginia aut Canada. De Cand. l. c.

LXVII. POTENTILLA ELATIOR.

P. caule erecto longissimo, foliis ternatis petiolatis, foliolis ovalibus acute-serratis venosis, utrinque subglabris, petalis obovatis integerrimis calycem paullo superantibus.

Syn. P. (*elatior*) Schlechtendal in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrgang pag. 295.

Icon. Tab. XIV.

Crescit in Sibiria. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Caulis erectus, simplex, teretiusculus, sesquipedalis, laxus, pilis tenuissimis incumbentibus instructus. Folia ternata, distantia; *inferiora* longe-petiolata, superiora sensim brevius petiolata, utrinque subglabra, pilis adpressis tenuissimis adspersa. Foliola sessilia, ovalia, acute-serrata, venosa. Stipulae magnae, ovato-oblongae, acuminatae, plerumque integerrimae, interdum apice incisae. Pedunculi in summo caule, tenuissimi, laxi, pilosi, in pedicellos filiformes elongatos subdivisi. Calyces pilosi: foliolis subaequalibus, angusto-lanceolatis, acuminatis. Corolla parva, ut videtur lutea: petalis obovato-oblongis, integerrimis, venosis calycem paullo superantibus. Receptaculum hemisphaericum pilosum: acheniis subglabris fuscescentibus coopertum, quibus adhaerent styli persistentes, filiformes.

LXVIII. POTENTILLA MICRANTHA.

P. caulibus prostratis hirsutis unifloris, foliis ternatis, foliolis ovatis obtusis serratis basi inaequalibus sericeis, petalis ovalibus subintegerrimis calyce dimidio brevioribus.

Syn. P. (*micrantha*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 541. Horn. Hort Hafn. Vol. 2. pag. 478. Sprengel Pugillus 1. plant. min. cognitar. pag. 35. no. 64. De Cand. Synops. pag 337. Fl. Franç. no. 3760. Ramond in literis.

P. (*parviflora*) Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 166. Desfont. Catal. plant hort bot. Paris. 1804. pag. 177.

P. *Fragaria β micrantha.* Nestl. Monogr. de Potent. pag. 76.

Fraga sterilis β parviflora. Lapeyr. Fl Pyren pag. 287.

Crescit in Pyrenaeis et in monte Polleno Calabriae. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Planta digitalis: radice sublignosa, ramosa. Caules prostrati basi reliquiis foliorum praeteritorum annorum et pilis longis mollibus instructi. Folia ternata, radicalia longe-petiolata: petiolis pilis patentissimis mollibus instructi, flexuosis bi-tripollicaribus. Foliola ovata, obtusa, serrata, *supra* subsericea, *subtus* canescentia dense sericea, inaequalia; *lateralia* basi extrorsum producta, introrsum cuneata, integerrima, *medium* obovatum, basi cuneatum et integerrimum. Stipulae ovatae, acutae, membranaceae, pilosae. Pedicelli terminales, filiformes, in singulis caulibus subsolitarii, subaphylli, laxi. Calyx villosus:

foliolis subaequalibus, semilanceolatis, acuminatis. Corolla pallide-flava: petalis ovalibus, integerrimis, rarissime vix emarginatis, calyce dimidio brevioribus. Receptaculum subpilosum: acheniis subrotundis, glabris, pallidis.

Obs. Affinis quam maxime P. *Fragariae*, a qua tamen specie distincta et praeter alias notas e descriptione assumendas statura minore, foliolisque lateralibus basi inaequalibus, praesertim vero forma et brevitate petalorum immutata in cultura diversa nobis videtur.

LXIX. POTENTILLA FRAGARIA.

P. caulibus decumbentibus bifloris, foliis ternatis, foliolis ovalibus acute-serratis retusis subsericeis, subtus canescentibus, petalis obcordatis calycem aequantibus.

Syn. P. (*Fragaria*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 76. Pohl. Tent. Fl. Bohem. 2. pag. 186. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 166. De Cand. Synops. pag. 337. Fl. Franç. no. 3759. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 599.

P. (*fragariaefolia*) Gmel. Fl. Badens. Tom. 2. pag. 452. (excl. syn. Vaill.)

P. (*fragariastrum*) Wallroth Annus botan. pag. 71. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. Ehrh. herb. no. 146.

P. (*prostrata*) Walt. Flora von Giessen. pag. 388. — Fl. der Wetterau Vol. 2. pag. 250. Moench. Meth. pag. 659.

P. (*fragarioides*) Vill. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 561.

P. (*micrantha*) Schleich. Catal. 1807. pag. 20. (fide specim.)

Fraga (*sterilis*) Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 287.

Fragaria (*sterilis*) Wahlenb. de Veget. in Helv. no. 542. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol 3. pag. 272. Heller Fl. Wirceburg. Vol. 1. pag. 325. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag. 403. (excl. syn. Vaill.) Smith. Prodr. Fl. Graec. Vol 1. no. 1175. Fl. Brit. Vol 2. pag 546. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1093. Hoffm. Deutschl. Fl. 1791. pag. 178. (excl. syn. Vaill.) Braune Fl. Salisb. Vol. 2. pag. 72. All. Fl.

Pedem. Tom. 2. no. 1492. Thunb. Fl. Japon. pag. 219. Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 110. Poll. Fl. Palat. Tom. 2. no. 492. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 219.

Fragaria (*sicca*) Gilibert. Suppl. syst. plant. Europae. pag. 361.

Comarum *fragarioides*) Horn. Hort. Hafn. Vol. 2. pag. 480. Willd. Enumerat. plant. Vol. 1. pag. 558. Spreng. Fl. Halens. pag. 148. Roth. Tent. Fl. Germ. Tom. 1. pag. 224. Tom. 2. pag. 575.

Fragaria Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1113. Fl. Dan. Vol. 9. tab. 1579. (optima.)

Icon. Engl bot. Vol. 25. tab. 1785. (optima.) Curt. Fl. Lond. Fasc. 3. tab. 30. (optima.) Gesn. Opera bot Pars. 2. tab. 30. no. 99. (mediocr.) Hoffm. Deutschl Fl. 1791. tab. 6. (mediocr.) I Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 395. (mediocr.) Lob. Ic. tab. 698. fig. 1. (mediocr.) Moris. Hist. 2. Sect 2. tab. 19. fig. 5. (mala.) Pet. opera ad hist. natur. spectant. Vol. 2. tab. 40. fig. 8. (mala.)

Crescit in Anglia, Hispania, Gallia, Italia, Helvetia, Germania et Graecia, in insula Japon inque Tauria et Caucaso, locis apricis sterilibus montosis et sabulosis. Floret apud nos mense Majo et Junio in Graecia mense Martio. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix sublignosa, ramosa, extus fusca. Caules plures digitales vel spithamaei, subfiliformes, laxi, laterales decumbentes, intermedii adscendentes uti petioli et pedicelli pilis patentissimis instructi, subbiflori Folia ternata, *radicalia* longe petiolata: petiolis longitudine fere caulium florentium. Foliola sessilia, ovalia, obtusa, grosse-serrata, serratura terminali minore, *subtus* pallide-viridia, *utrinque* pilis incumbentibus subsericea, Stipulae ovatae, acuminatae, membranaceae. Pe-

dicelli in singulis caulibus plerumque duo terminales, filiformes elongati. Calyx piloso-villosus, basi subincrassatus: foliola acuminata *exteriora* linearia, *interiora* semiovata, breviora. Corolla nivea: petalis obcordatis, patentibus foliolis calycinis interioribus paullo longioribus. Receptaculum pilosum; acheniis laevibus albicantibus.

LXX. POTENTILLA FRAGIFORMIS.

P. caule erecto paucifloro, foliis ternatis, foliolis obovato-subrotundis obtuse-dentatis utrinque patenti-pilosis margine villosis, petalis obcordatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*fragiformis*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 294.

Icon. Tab. XV.

Crescit in insulis inter Asiam et Americam. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix fusiformis, lignosa, superne tecta reliquiis emarcidis foliorum praeteritorum annorum. Caules erecti, teretes, spithamaei et longiores, 2—3 flori, basi purpurascentes, pilosi. Folia ternata, *radicalia* longe-petiolata: petiolis subflexuosis, pilis patentibus; *caulina* 1—2, distantia, brevius petiolata. Foliola subsessilia obovato-subrotunda, obtuse-dentata, venosa, utrinque pilis patentibus flavis instructa, margine villosa. Stipulae lanceolatae, integerrimae, margine villosae. Flores in summo caule 2—3, erecti, bracteis trifidis pilosis suffulti, longe-pedicellati: pedicellis gracilibus. Calyces villosi, foliola *exteriora* reliquis multo breviora, oblonga, obtusa; *interiora* lanceolata, acuta, longitudine fere petalorum. Corolla aurea: petalis obcordatis, reticulato-venosis, calyce paullo longioribus. Receptaculum villosum: acheniis laevibus.

LXXI. POTENTILLA GRANDIFLORA.

P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundo-ovalibus acute-serrato-dentatis adpresso-pilosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*grandiflora*) Nestl. Monogr. de potent. pag 69. Horn. Hort. Hafn. Vol 2. pag. 479. Lepeyr. Fl. Pyr pag. 291. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 165. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol 3. pag. 279. Willd. Enumerat. plant Vol. 1. pag 555. Bieb. Fl. Taurico-Caucas. Vol. 1. pag 409. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Frç. no. 3750. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag 599. (excl. syn. Vaill.) Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 311. Willd Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1110. Braune Fl. Salisburg. Vol. 2. pag. 84. Moench Meth. pag. 659. Villars Fl. Delph. Vol. 3. pag. 562. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1489. Thunb. Fl. Japon. pag. 219. Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. (Gmel Fl Sibir. Tom 3. pag 183. no. 32.) Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 715. (exclus Syn. Vaill.)

Fragaria (*grandiflora*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 112.

Fragaria. Haller. Hist. stirp Helv. no. 1114.

Icon. Haller Hist. stirp. Helv. tab. 20. fig. 1. (bona.) Magn. Hort. Monsp. tab 11. (mediocr.) Curt. bot. mag. tab. 75. (tabula non inspecta) Gmel. Fl. Sibir. Vol. 3. tab. 35. fig. 1. (mediocr.) fig. 2. (mala.)

Crescit in pascuis saxosis alpium Europae meridionalis et Caucasi inque Sibiria. Floret media aestate. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix lignosa, ramosa, extus fusca. Caules adscendentes teretes, pilosi, basi reliquiis foliorum emarcidis instructi, pauciflori. Folia ternata, *radicalia* longe-petiolata, *caulina* alterna, distantia sensim brevius petiolata. Foliola subrotundo-ovalia serrato-dentata, utrinque pilosa, subtus venosa, *lateralia* sessilia, intermedium petiolatum. Stipulae ovato-lanceolatae, integerrimae. Flores in summis caulibus nonnulli, longe-pedicellati, bracteis suffulti: pedicellis gracilibus bracteisque pilosis. Calycis foliola *exteriora* linearia reliquis breviora, *interiora* lanceolata, acuta. Corolla magna lutea: petalis obcordatis, calyce duplo longioribus.

Obs. A nonnullis scriptoribus observatum est, specimina ex Sibiria allata interdum foliis quinatis esse instructa. In iis tamen, quae mihi ex hac regione oblata sunt, quae sane fuerunt permulta, nullum omnino folium inveni quinatum. Planta Caucasica e clarissimi Marschalli a Biebersteinii observatione vix est digitali longitudine. Ad simile exemplar secunda in tabula tricesima quinta figura florae Sibiricae a Gmelino editae facta videtur, siquidem haec imago, ut Gmelinus dicit l. c., re vera ad hanc plantam pertinet.

LXXII. POTENTILLA VILLOSA.

P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundo-cuneiformibus serratis, supra sericeo-villosissimis nitidis, subtus cano-tomentosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*villosa*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 541. Pursh. Fl. Americ. septentr. Vol 1. pag. 353.

P. *villosa*. Pallas in herb. Lambert.

P. (*lucida*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 296. (ex autopsia herb. Willd.)

Icon. Tab XVI.

Crescit in insula Unalaschka locis montosis lapidosis et in America septentrional. ♃. (v s)

Descriptio.

Radix lignosa ramosa, extus fusca Caules plures, adscendentes erecti, teretes, digitales, uti tota planta pilis longissimis mollissimis canescentibus seu glaucescentibus nitidis densissime obtecti. Folia radicalia longe-petiolata, stipulis insidentia, cauline subsessilia. Foliola sessilia approximata, subrotundo-cuneiformia, serrata, *supra* sericeo-villosa pilis adpressis, *subtus* cano-tomentosa. Stipulae magnae, petiolares, oblongo-lanceolatae, acuminatae, integerrimae, foliorum *radicalium* membranaceae, *caulinorum* substantia foliorum, eodemque modo

supra sericeo - villosae subtus canescenti - tomentosae. Flores magni in summo caule congesti. Calyces sericeo - villosi: foliolis aequalibus lato-lanceolatis. Corolla magna aurea: petalis obcordatis, calyce fere duplo longioribus. Stamiva brenissima. Receptaculum hemisphaericum pilosum.

LXXIII. POTENTILLA SPECIOSA.

P. caule suberecto corymboso, foliis ternatis, foliolis ellipticis apice serratis, supra pubescentibus, subtus niveo-tomentosis, petalis spathulatis integerrimis calyce paullo brevioribus.

Syn. P. (*speciosa*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 74. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. Smith Pr Fl. Graec. Vol. 1. no. 1184. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 601. Willd. Spec. plant. T. 1. P. 2. pag. 1110.

P. (*macrorhiza*) Herb. Juss.

Icon. Fl Graec. Sibthorp tab. 484. (inedit.) Nestl. Monogr. tab. 11.

Crescit in monte Parnasso inque Sphaceoticis altioribus Cretae montibus. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix cylindrica lignosa, magna et longissima ext s fusca. Caules plures, suberecti, digitales vel spithamaei, simplices, basi squamis scariosis cooperti, tomento densissimo, niveo corticeque dehiscente et sua sponte decidente vestiti. Folia *radicalia* longe - petiolata, ternata, *caulina* brevius petiolata, monophylla: petiolis tomento niveo densissime tectis. Foliola elliptica, superne ad dimidium fere totius ambitus serrata, *supra* pubescentia, pilis adpressis subsericea, subtus valde tomentosa: tomento niveo. Stipulae foliorum *radicalium* lanceolatae, acutae, scariosae, *caulinorum* ovato - oblongae, substantia foliorum co-

demque modo tomento niveo subtus tectae. Flores pedicellati, erecti, in corymbo caulem terminante bracteato dispositi. Calycis foliola acuta, *exteriora* lanceolata, *interiora* breviora ovalia. Corolla alba: petalis spathulatis calyce paullo brevioribus vel eadem longitudine. Receptaculum villosum.

LXXIV. POTENTILLA VELUTINA.

P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis cuneiformibus trunatis apice obtuse-dentatis, pilis fasciculatis utrinque canescentibus velutinis, petalis subrotundis integerrimis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*subacaulis*) De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Franç. no. 3749. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 602. (excl. syn. plurib.)

P. (*grandiflora*) Scopol. Fl. Carn. ed. 2. Tom. 1. pag. 363?

Fragaria (*incana*) Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 112. (excl. syn. Linn.)

Icon. Garid. Hist. des plantes qui naissent aux env. d'Aix. (Paris 1719.) tab. 109. (medioer.) Pluk. Phyt. tab. 212. fig. 3. (mala.) Scopol. Fl. Carn. tab. 22. (?)

Crescit in Galloprovinciae montibus lapidosis. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix sublignosa, extus fusca. Caules plures intermedii suberecti, laterales adscendentes, digitales et paullo longiores, superne in pedicellos 2—3 divisi; basi radicantes reliquiisque foliorum praeteritorum annorum cooperti. Folia *radicalia* longe-petiolata, longitudine fere caulium, *caulina*, quae rarius adsunt, subsessilia; *omnia* ternata: foliola subsessilia, cuneiformia, pollicaria, apice obtuse-dentata, uti tota planta, corolla excepta, canescentia, mollissima, velutina: pilis densissimis subtilissimisque adpressis fasciculatis, *supra* oblique lineata, *subtus* reticulato-venosa. Stipulae petiolares, foliorum *radicalium* lanceolatae, longissimae, vel integrae vel exteriore latere incisae. Flo-

res in summo caule 2 — 3, longe-pedicellati, laxi: bracteis lanceolatis obtusis interdum incisis et acutis suffulti. Calycis foliola obtusa, *exteriora* reliquis paullo breviora oblonga, interdum profunde bifida, *interiora* ovato-oblonga. Corolla lutea: petalis subrotundis calyce paullo longioribus.

Cf. observatio ad. P. *subacaulem.*

Obs. Gmelinus mentionem facit (Fl. Badens. Vol. 2. pag. 450.) *Potentillae subacaulis*, foliis Fragariae similibus sed minoribus, *omnibus ternatis*, *utrinque argenteo-sericeis*, *corollis albis*, quam crebro observasse dicit in Gallia meridionali et in Hispania, quae in horto Carlsruhano culta flores semper retinuit albos. An fortasse sub hac planta varietatem nostrae P. *velutinae*, aut P. *splendentem* aut *micrantham*, ut fere inveniuntur locis peraridis, aut novam etiam speciem intellexerit, pro certo affirmare non possum, quum Gmelini plantam non viderim.

LXXV. POTENTILLA VAHLIANA.

P. caule erecto subunifloro, foliis ternatis, foliolis lateralibus cuneiformibus trifidis, terminale rhomboideo, hirsutissimis subtus nitidis albo-flavescentibus, petalis subreniformibus calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*hirsuta*) Hornem. Dansk. Plant. ed. 2. pag. 500. Fl. Dan. tab. 1390. Vahl in literis.

Icon. Fl. Dan. Vol. 8. tab. 1390.

Crescit in Groenlandia. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa, extus fusca. Caulis solitarius vel caules ex eadem radice plures, erecti, teretes, simplices, vix digitali longitudine, basi reliquiis foliorum emarcidis instructi, uti tota planta pilis flavescentibus dense hirsutissimi, uniflori vel biflori. Folia *inferiora* ternata, brevi-petiolata, circa radicem congesta; foliolis sessilibus, *lateralibus* cuneiformibus superne trifidis vel tridentatis, *terminali* majori rhomboideo, superne inciso-serrato; *superiora* folia stipulis insidentia brevipetiolata, *summum* simplex sessile, *omnia* supra laete-viridia subtus nitido albo-flavescentia. Stipulae foliorum inferiorum lanceolatae, superiorum ovatae, magnae, integerrimae. Calycis foliola irregularia semiovata, aequali fere longitudine, majora non semper cum minoribus alternantia. Corolla pro planta magna, lutea: petalis calyce duplo longioribus obcordatis, valde emarginatis, et, dum eorum latitudo longitudinem superat, subreniformibus.

Obs. Immortalis Vahlius plantae huic, ex Groenlandia acceptae, in herbario suo et scriptis, quae inedita reliquit, aptissimum nomen *hirsutae* indidit, sub quo post a cl. Hornemanno in floram Danicam recepta est. Quum planta a Michauxio hoc nomine descripta, quacum Vahlianae parva intercedit similitudo, jam recepta esset in systematis botanicis mul oque esset notior, convenientissimum videbatur, nomen speciei istius Groenlandicae immutare.

LXXVI. POTENTILLA EMARGINATA.

P. caule assurgente paucifloro, foliis ternatis foliolis inciso-dentatis utrinque hirsutis, pedicellis terminalibus elongatis, petalis cuneato-oblongis emarginatis calyce duplo longioribus.

P. (*emarginata*) assurgens, hirsuta; stipulis ovatis integerrimis, foliis ternatis, foliolis sessilibus approximatis ambitu inciso-dentatis utrinque hirsutis, pedicellis paucis terminalibus elongatis unifloris, petalis *cuneato-oblongis emarginatis calyce duplo longioribus.* Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 541. Pursh. Fl. Amer. septentr. Vol. 1. pag. 353.

Crescit in Labradore. ♃.

Obs. Forma petalorum satis distincta videtur.

LXXVII. POTENTILLA SPLENDENS.

P. caule decumbente radicante, foliis subternatis, foliolis ovali-oblongis antice conniventi-serratis apice retusis, sericeis subtus glaucescenti-canis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*splendens*) Poir. Enc. bot. suppl. Tom. 4. pag. 541. DeCand. Synops. pag. 336. Fl. Franç. Vol. 6. pag. 543. Vol. 3. no. 3757. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55.

P. *splendens* Ramond in literis.

P. (*Vaillantii*) Nestl. Monogr. de Petent. pag. 75.

P. *emarginata*. Desfont. Catal. plant. hort. bot. Paris. 1804. pag. 177.

P. *semidentata*. Juss herb.

P. *alba variet. A.* Poiret Enc. bot. Tom. 5. pag. 596.

P. (*nitida*) Thuill. Fl. Paris edit. 2. pag 257.

P. (*montana*) Schrad. n. Journ. 2ter Band. Stück 1. (1807.) pag. 101. Brotero. Fl. Lusit. (fide spec. herb Linkii,)

Fraga (*Vaillantii*) Lapeyr. Fl. Pyren pag. 287.

Icon. Vaillant Bot Paris tab. 10. fig. 1. (bona.)

Crescit in pascuis siccis ad sylvarum oras locisque sabulosis circa Parisios, Burdigalam, Aureliam, in montibus Galloprovinciae, in Pyrenaeis, inque Gallia occidentali. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix multiceps, lignosa, extus fusca. Caules plures sublignosi, laterales decumbentes basi radicantes, intermedii adscendentes, divaricati. Folia *radicalia* permulta, dense congesta, longe-petiolata, cau-

lina brevi-petiolata; petioli uti summi caules pilis patentibus longissimis mollibus instructi. Foliola ternata nonnulla rarius quaternata vel quinata, subsessilia, ovali-oblonga, superne conniventi-serrata: serraturis inaequalibus, terminali reliquis minore; *superiore pagina* sericea, pallide-viridia, *dorso* glaucescenti-cana pilis longis mollibus incumbentibus, supra marginem porrectis dense sericea. Stipulae lanceolatae, acuminatae scariosae. Flores in summo caule plerumque tres longe-pedicellati. Pedicelli filiformes laxi: pilis patentibus obsiti. Calycis foliola sericea aequali fere longitudine, *exteriora* linearia, *interiora* semilanceolata, *omnia* acuminata. Corolla alba: petalis patentibus obcordatis calyce fere duplo longioribus. Receptaculum villosum: acheniis laevibus.

Obs. Specimina in altissimis Pyrenaeis lecta, forma exigua, caule unciali unifloro, foliolisque minimis utrinque valde sericeis benevole mecum communicavit Dr. Siemers Hamburgensis.

LXXVIII. POTENTILLA FRIGIDA.

P. caulibus decumbentibus paucifloris, foliis ternatis, foliolis undique hirsutis ovalibus serratis, serraturis rotundato-obtusis, petalis calycem vix aequantibus.

Syn. P. (*frigida*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 70. Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 168. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Franç. no. 3748. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 602. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1111. sub. P. subacaulis.

P. (*Norwegica*) Suter. Fl. Helv. Vol. 1. pag. 310. (excl. Synon.) Schult. Obs. bot. pag. 96. All. Fl. Ped. Tom. 2. no. 1488. (excl. synon. Linn.)

P. *subacaulis variet* γ. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 290.

P. *Helvetica*. Schleich. Catal. pag. 40. (fide specim.)

Fragaria. Haller. Hist. stirp. Helv. no. 1115. (excl. synon.)

β. P. *suffruticosa*. Pourr. in: Act. Tolos.

Icon. Nestl. Monogr. tab. 10. fig. 3.

Crescit ad nives perennes in alpibus editissimis Helvetiae et Delphinatus inque Pyrenaeis. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix crassa, superna reliquiis foliorum emortuis vaginantibus dense involuta. Caules plures, intermedius erectus digitalis, laterales decumbentes, breviores: pilis longis patentibus mollibus hirsuti. Folia *radicalia* ternata, petiolata: petioli pilis patentibus subhirsuti, *cau-*

lina monophylla stipulis insidentia. Foliola sessilia ovalia margine obtuse-serrata: pilis longis patentibus mollibus utrinque hirsuta. Stipulae lanceolatae acutae, integerrimae. Flores in singulis caulibus plerumque 2, rarius 1 vel 3, terminales, erecti, pedicellati: bracteis lanceolatis suffulti. Calyces hirsuti: foliolis ovalibus acutiusculis corolla plus minusve longioribus. Corolla lutea: petalis obcordato-subrotundis laevissime emarginatis interdum calycem aequantibus. Receptaculum tenuissime pilosum: acheniis laevibus.

LXXIX. POTENTILLA BRAUNIANA.

P. caulibus humifusis subunifloris, foliis ternatis, foliolis cuneiformibus antice acute-serratis, supra glabris, subtus margineque pilosis, petalis obcordatis calyce longioribus.

Syn. P. (*Brauniana*) Poir. Enc. bot. Suppl Tom. 4. pag. 543. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 70. Schrader's Journal für die Bot. Erst. Band. (1800) 2tes Stuck pag. 382. Hoppe in Sturm Deutschl. Fl. Fasc 17 Ejusd. Herb. viv plant. rar. praesert. alpin. Cent. 2. Bot. Taschenb. 1800. pag. 137. 1802. pag. 105.

P. *frigida β Brauniana* Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. De Cand. Fl. Franç. Vol. 4. no. 3748.

P. (*minima*) Clairville Manuel d'herb. en Suisse pag. 166. Schleich. Cent. exsic. no. 59. Catal 1807. pag. 20.

P. *minima*. Hall fil. in literis.

Icon. Sturm. Deutsch. Fl. Fasc. 17. Nestl. Monogr. tab. 10. fig. 4.

Crescit ad nives perennes in summis Europae alpium jugis, altitudine 6000—7800 ped. Paris. supra mare. ♃. (v. v.)

Descriptio.

Radix crassa, ramosa, extus nigra, superne reliquiis foliorum praeteritorum annorum instructa Caules plures, humifusi, pollicares ad bipollicares et vix longiores, graciles, pilosi, flore solitario, rarissime duobus terminati, uno vel duobus foliis brevi petiolatis stipulis insidentibus instructi. Folia radicalia plus minusve petiolata: petiolis haud

raro longitudine caulium. Foliola ternata, sessilia, cuneiformia, superne acute-serrata, supra glabra, pallide-viridia, subtus ad costam et venas margineque pilosa. Stipulae ovato-oblongae, acuminatae, pilosae. Calycis foliola *exteriora*, ovalia, rotundato-obtusa basi angustata; *interiora* semilanceolata, acutiuscula. Corolla lutea, pro pygmaea planta magna: petalis obcordatis calyce fere duplo longioribus. Receptaculum pilis perpaucis instructum: acheniis rugulosis.

Obs. Differt a P. frigida statura minore; caulibus unifloris rarissime bifloris; foliis omnibus ternatis, cuneiformibus, antice *acute*-serratis, supra glabris; foliolis calycinis inaequalibus; petalis calyce dimidio longioribus.

LXXX. POTENTILLA NANA.

P. caule erecto subunifloro, foliis ternatis, foliolis subrotundo-obovatis, obtuse-dentatis utrinque pilosis, subtus canescentibus, petalis obcordatis calyce triplo longioribus.

P. (*nana*) Conspect. Potent. herb. Willd. in Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 296.

Icon. Tab. XVII.

Crescit in insulis inter Asiam et Americam. (v. s.)

Descriptio.

Radix ramosa, fibrosa. Caules plures, erecti, unciales, pilis longis patentibus tecti. Folia *radicalia* congesta, petiolata, ternata: foliolis subrotundo-obovatis, obtuse-dentatis, utrinque pilis longis incumbentibus albis instructis, subtus canescentibus. Folia *caulina* 2 — 3, infimum ternatum, sessile, *summum* monophyllum, dentatum. Stipulae petiolares, ovatae, magnae, membranaceae. Flos in singulis caulibus terminalis, plerumque solitarius, interdum flores 2 — 3, erecti, pro planta magni, ebracteati. Calyces pilosi: foliolis aequali fere longitudine, *exterioribus* subrotundis, obtusissimis, *interioribus* semiovatis, acutis. Corolla magna, pallide flava: petalis obcordatis, calyce triplo longioribus, venosis. Receptaculum hemisphaericum, villosum.

Obs. Quum planta, ante ab aliis hoc nomine notata, ad aliam speciem P. *candicantem* pertinet, nomen specificum *nanae* huic plantae retinui. In aliis plantis idem in talibus observavimus.

LXXXI. POTENTILLA MACRANTHA.

P. caulibus erectis paucifloris, foliis ternatis, foliolis ovatis superne incisis, supra pilis raris adspersis, subtus albido-villosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*macrantha*) Ledebour. in: Act. noviss. soc. scient. Petropol. Vol. 5 pag. 541. no. 30.

Habitat in Sibiria transbaicalensi circa urbem Jacutiam. ♃.

Descriptio.

Caules sesqui-vel bipalmares, erecti pilis raris brevibus obsiti, superne in ramos aliquot divisi, pauciflori. Folia radicalia et caulina inferiora ternata, longe petiolata; foliolis ovatis, incisis, basi tamen integerrimis, in pagina superiori pilis raris adspersis, subtus pilis albidis dense villosis; superiora foliolis sublinearibus, integerrimis vel inciso-serratis; summa simplicia. Stipulae lanceolatae. Flores in caule ramisque terminales, solitarii. Petala obcordata, calyce duplo majora flava.

Obs. A P. nivea, cui sane affinis, indumento totius plantae tenuiori; foliis subtus albido-villosis quidem, nec autem tomento densissimo, niveo obductis; floribus paucioribus; pedunculis magis elongatis; corollis denique duplo vel triplo majoribus diversa. Ledeb. l. c.

LXXXII. POTENTILLA UNIFLORA.

P. caule erecto unifloro, foliis ternatis, foliolis ovatis cuneatis antice inciso-serratis margine revolutis, supra subvillosis, subtus niveo-tomentosis, petalis obcordatis calyce duplo longioribus.

Syn. P. (*uniflora*) Ledebour. in Act. noviss, soc. scient. Petropol. Vol. 5. pag. 543. no 31.

Icon. Tab. XVIII.

Habitat in Davuria. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix squamis magnis, ferrugineis vestita plures emittit caules in caespitem parvum quidem sed densissimum, aggregatos, erectos, vix palmares, villosos, foliis duobus vel tribus instructos, unifloros. Folia radicalia dense caespitosa, petiolis duplo illis longioribus insidentia, ternata; foliolis ovatis, cuneatis, apice inciso-serratis; incisuris saepius 3 ad 5 basi integerrimis, in pagina superiori subvillosis, subtus densissime niveo-tomentosis; caulina duo vel tria; infimum radicalibus simillimum; medium foliolis plerumque integerrimis; summum simplex trifidum; laciniis integerrimis. Flos terminalis, solitarius, erectus, speciosus. Calyx extus villo albo obtectus. Petala obcordata, flava, calyce duplo longiora.

Obs. Indumenti respectu P. niveae simillima, differt autem: caule humiliari, simplicissimo, erecto, unifloro; foliorum incisuris paucioribus; flore duplo vel triplo majori, magnitudine fere P. macranthae. Ledeb. l. c.

LXXXIII. POTENTILLA NIVEA.

P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis obovali-cuneiformibus margine planis inciso-serratis, supra subhirsutis, subtus niveo-tomentosis, petalis lato-obcordatis calyce paullo longioribus.

Syn. P. (*nivea*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 73. Horn. Hort Hafn. Vol. 2. pag. 478. Swartz Summa vegetab. Scand. pag. 19. Pursh. Fl. Amer. septentr Vol. 1. pag. 353. Wahlenb. Fl. Lapp. no. 265. Clairville Manuel d'herb. en Suisse. pag. 166. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. De Cand. Synops. pag. 336. Fl. Franç no. 3747. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 600. Suter. Fl. Helv Vol. 1. pag. 310. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1109. Retz. Pr. Fl. Scand. ed 1. pag. 97. Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. Gmel. Fl. Sibir. Tom. 3. pag. 183. no. 33. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 715. Fl. Suec. ed. 2. pag. 178. Amm. Stirp. rar. Ruth. pag. 85. no. 111.

β *pallidior* Swartz Summa vegetab. Scand. l. c.

P. *nivea* β Wahlenb. l. c. Willd Spec. plant. l. c.

P. (*betonicaefolia*) Nestl. Monogr. de Potent. pag 74. Pers. Synops. plant Vol. 2. pag. 56. Poir Enc. bot. Vol. 5. pag. 601. (Gmel. Fl. Sib. Tom. 3. pag. 184. no. 35. Amm. Stirp. rar. Ruth. pag. 83. no. 109.)

P. *leucophylla* Pall. it 3. pag. 194.

γ. P. *nivea* β *prostrata* floribus subseptenis glomeratis. Retz, l. c.

Icon. α Gmel Fl. Sib. Vol 3. tab. 36. fig. 1. (mediocr.)

β Amman. Stirp. rar. Ruth. tab. 14. fig. 2. (bona.) Gmel. Fl. Sib. Vol. 3. tab. 37. fig. 1. (pessima.)

Crescit in alpibus Lapponiae, Norwegiae, Sibiriae, Helvetiae, Tyrolis et Delphinatus, locis humosis asperis. Floret mense Junio et Julio. ♃. (v.v.)

Descriptio.

Radix lignosa, ramosa, extus fusca, superne reliquiis foliorum emarcidis dense involuta. Caules ex eadem radice plures, simplices, digitales ad spithamaeam longitudinem, adscendentes, pauciflori, coerulescentes, juniores tomento densissimo niveo tecti. Folia ternata, *radicalia* longe-petiolata, *caulina* subsessilia, *summa* stipulis insidentia simplicia trifida. Petioli tomento niveo densissimo cooperti. Foliola sessilia, approximata, obovali-cuneiformia, margine plana, inciso-serrata, *supra* saturate-viridia, subhirsuta, subtus tomento densissimo niveo tecta. Stipulae ovatae, integerrimae, foliorum radicalium scariosae, caulinorum substantia foliorum, eodemque modo subtus niveo-tomentosae. Flores in summis caulibus longe-pedicellati, bracteis lanceolatis suffulti. Calyces hirsuti: pilis patentibus mollibus; foliola aequali fere longitudine, acuta, *exteriora* paullulo breviora, linearia; *interiora* semiovato-lanceolata. Corolla aurea: petalis lato-obcordatis calyce paullo longioribus. Receptaculum pilosum conicum.

Varietas β diversa est forma graciliore et humiliore, foliolisque superne pallide viridibus subtus minus niveis margine subrevolutis, calycibus paullo brevioribus.

Obs. Gunneri P. nivea in tab. 3. florae ejus Norwegicae delineata, no. 512. descripta, ob florem album, foliola obovata, aliasque notas ab hac specie diversa omnino nobis videtur, propiusque accedere ad P. *Fragariam*. Ex solis quidem Gunneri icone et notis vix determinari potest.

LXXXIV. POTENTILLA ANGUSTIFOLIA.

P. caule adscendente multifloro laxo, foliis ternatis, foliolis angusto-lanceolatis serratis margine revolutis, supra subglabris, subtus niveo-tomentosis, petalis obcordatis calycem vix aequantibus.

Syn. P. (*angustifolia*) Conspect. Potent. herb. Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrg. pag. 296.

Icon. Tab. XIX.

Crescit in Sibiria orientali. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix fusiformis, lignosa, superne squamis tecta. Caules plures, simplices, adscendentes vel erecti, teretes, filiformes, laxi, digitales, superne pilosi. Folia *radicalia* longe-petiolata, ternata, *caulina* 1 — 2, sessilia, trifida. Foliola sessilia, angusto-lanceolata, serrata, margine revoluta, *supra* viridia, subglabra, *subtus* tomento densissimo niveo cooperta. Stipulae lanceolatae, parvae, foliorum modo subtus niveo-tomentosae. Flores in summis caulibus paniculam constituentes, ante anthesin nutantes, bracteis suffulti. Calyces pilosi: pilis incumbentibus; foliola aequali fere longitudine, *exteriora* linearia, acuminata, *interiora* semiovato-lanceolata. Corolla flava petalis obcordatis calycem vix superantibus. Receptaculum hemisphaericum, tomentosum.

LXXXV. POTENTILLA NITIDA.

P. caule adscendente subunifloro, foliis ternatis, foliolis obovato-cuneiformibus apice conniventi-tridentatis, utrinque sericeo-villosis argenteis, petalis obovatis emarginatis calyce longioribus.

Syn. P. (*nitida*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 63. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 278. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 55. De Cand. Synops. plant. pag. 336. Fl. Franç. no. 3758. Poir. Enc. bot. Vol. 5. pag. 598. Willd. Spec plant. T. 2. P. 2. pag. 1108. Host. Synops. pag. 285. Villars. Fl. Delph. Vol. 3. pag. 574. All. Fl. Pedem. Tom. 2. no. 1487. Lam. Fl. Franç. Tom. 3. pag. 117. Linn. Obs. Mant. alt. pag. 400. Jacq. Fl. Austr. Vol. 5. append. pag. 40. Linn. Spec. plant. ed. 2. Vol. 1. pag. 714. Amoen. acad. Vol. 4. pag. 316.

P. (*apennina*) Tenore Synops nov. plant. quae in Prodr. Fl. Neapol. describuntur pag. 50. Prodr. Fl. Neap. pag. 30. Fl. Neap. Vol. 1. pag. 191.

P. (*Terglovensis*) Vitman. Summa plant. Tom 3. pag. 270. Hacquet. Plant. alp. Carniol pag. 15.

Icon. Jacq. Fl. Au tr Vol. 5. app. tab. 25. (eadem. fig mediocr.) Sturm. Deutschl Fl Fasc. 22. (eadem fig. mediocr.) Tenore Fl. Neapol. Vol. 1. tab. 46. tabula non inspecta.) Gesn. Opera Botan. Pars. 2. tab. 31. no. 99 (mediocr) Hacquet. Il. alp. Carn. tab. 4. fig. 2. (mediocr.) Bocc. Mus. rar. plant. tab. 9. (mala.)

Crescit locis umbrosis frigidioribusque in Apenninis alpibus Carinthiacis, Carniolicis, Tyrolensibus, Sabaudiae, Delphinatus, et in monte Baldo. Floret mense Julio. ♃. (v. v.)

D e s c r i p t i o.

Caules adscendentes vel suberecti, caespitosi, pollicares, sesquipollicares et paullo longiores, uti tota planta pilis densissimis incumbentibus sericei et subvillosi, canescentes et argentei seu glaucescentes. Folia *radicalia* et *caulina inferiora* petiolata, *superiora* subsessilia, *omnia* ternata. Foliola sessilia foliorum *inferiorum* obovato cuneiformia, apice conniventi - tridentata; rarius dentibus pluribus instructa; *superiorum* magis lanceolata, integerrima. Stipulae petiolares integerrimae, acuminatae, foliorum *radicalium* ovato - lanceolatae, *caulinorum* lanceolatae. Flos in singulis caulibus terminalis, plerumque solitarius, interdum flores 2 — 3, erecti, pro planta magni, bracteis suffulti. Calyx purpurascens: foliola *interiora* semi - lanceolata; *exteriora* breviora et angustiora; *omnia* acuminata. Corolla ampla, persicina: petalis calyce longioribus obovatis emarginatis. Filamenta rubra, glabra: antheris rubicundis. Styli saturate - rubri Receptaculum villosum: villo albo longissimo nitore sericeo.

Obs. In exemplaribus permultis, quae partim in alpibus Tyrolensibus virentia examinandi oblata mihi est occasio, partim exsiccata in herbariis perlustravi, nunquam folia quinata observavimus. Etiam Wulfenius in Jacquini flora Austriaca folia praecise ternata dicit Linnaeumque, qui folia quinata huic plantae tribuit, stipulas pro foliolis habuisse putavit. An fortasse etiam Willdenowius in sua specierum plantarum editione stipulas pro foliis habuit? In herbario ejus locupletissimo nonnisi specimina reperiuntur foliis ternatis instructa.

LXXXVI. POTENTILLA BOCCONI.

P. caule adscendente paucifloro, foliis ternatis, foliolis ellipticis, utrinque sericeo-canis, apice retusis conniventi-tridentatis, dentibus minutis.

SYN. P. (*Bocconi*) Poir. Enc. bot. suppl. Vol. 5. pag. 543. Nestl. Monogr. de Potent. pag. 73.

ICON. Nestl. Monogr. tab. 10. fig. 2. Bocc. Mus. rar. plant. tab. 8. (mala.)

Crescit, teste Bocconi, in monte *Norica* prope lacum *di Pilato*, in monte *Vedore* prope *Sassatelli*, et ad speluncam *Sibyllae*, regni Neapolitani. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Tota planta canescens: pilis incumbentibus sericea et subargentea. Radix lignosa, extus fusca, subsimplex. Caulis adscendens, teres, digitalis et paullo longior, aphyllus. Folia omnia radicalia; plus minusve petiolata, ternata. Foliola sessilia, subaequalia elliptica, margine integerrima, ad apicem plerumque tridentata: dentibus conniventibus, parvis terminali reliquis paullo minore. Stipulae lanceolatae, acuminatae. Flores plerumque duo, brevi-pedicellati: bracteis lanceolatis, integerrimis suffulti. Calycis foliola *exteriora* lanceolata, acuta, *interiora* breviora, semiovato-subrotunda. Corollam non vidi. (Etiam Nestlerus eam non vidisse in monographia Potentillarum l. c. dicit. Attamen in icone petala repraesentat, integerrima, foliolis calycinis exterioribus breviora.) Receptaculum villosum: acheniis rugulosis, nigris, nitidis.

LXXXVII. POTENTILLA TRIDENTATA.

P. caule adscendente, foliis ternatis, foliolis oblongo-cuneiformibus apice tridentatis, supra glabriusculis, subtus pubescentibus glaucescentibus.

Syn. P. (*tridentata.*) Nestl. Monogr. de Potent. pag. 66. Pursh. Fl. Amer septentr. Vol. 1. pag. 353. Ait. Hort. Kew. ed. 2. Vol. 3. pag. 279. Smith in Transact. of the Linn. Society. Vol. 10. pag. 343. Pers. Synops. plant. Vol. 2. pag. 56. Poir. Enc bot. Vol. 5. pag. 601. Michaux Fl. boreal. Americ. Vol. 1. pag. 303. Willd. Spec. plant. T. 2. P. 2. pag. 1110. Vahl. Symb. bot. 2. pag. 59. Ait. Hort. Kew. ed. 1. Vol. 2. pag. 216.

P. (*retusa*) Retz. Pr. Fl. Scand. ed. 2. no. 642. Fl. Dan. Vol. 5. tab. 799.

β petalis calyce paullo brevioribus.

Icon. Engl. bot. Vol. 34. tab. 2389. (optima.) Ait Hort. Kew. ed. 1. Vol. 2. tab. 9. (bona). Fl. Dan. Vol tab. 7 9. (mala.)

Crescit α in Groenlandia, Britannia, Terra nova, Canada et Carolinia, β in montibus Altaicis locis rupestribus. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix repens, extus fusca. Caules plures, simplices, digitales, adscendentes, basi petiolis aridis et valde squarrosis foliorum praeteritorum annorum instructi, superne pubescenti-pilosi. Folia petiolata, ternata; foliola sessilia, coriacea, oblongo-cuneiformia, apice tridentata, supra glaberrima, obscure-viridia, subnitida, reticulato-venosa, subtus pubescentia et glaucescentia. Stipulae lanceolatae, acuminatae. Flores nonnulli in summis caulibus, subcorymbosi, bracteis suffulti,

plus minusve pedicellati, laxi: pedicellis calycibusque, subpilosis. Calycis foliola *exteriora* linearia; *interiora* longiora semiovata. Corolla alba vel persicina, petalis obovato-oblongis integerrimis patentibus calyce fere duplo longioribus. Filamenta circiter viginti, filiformia, alba, longitudine calycis; antheris oblongis rufescentibus. Styli albi, staminibus breviores: stigmatibus obtusis. Receptaculum villosum calyce inclusum: acheniis glabris villo immersis.

Obs. Wormskioldius, cui accuratam tot plantarum Groenlandicarum cognitionem debemus, cujus exemplaria et imaginem hujus plantae in ipsa Groenlandia manu pictam adhibere mihi fuit concessum, jam aliquot ante annos in ephemeridibus in Dania editis, quae inscribuntur *Athene*, 1813 pag. 77. opinionem proposuit, plantam hanc fortasse peculiare genus constituere, in quo maxime receptaculum villosum spectare videtur. Plures Potentillae, ut P. Salesovii, Astrachanica, nitida, Clusiana, caulescens, lupinoides, alchemilloides, Valderia receptaculum habent villosum vel lanatum, aliae simile fere: quam ob rem haec mihi non satis idonea causa videtur hujus plantae ab reliquis Potentillis separandae. Flores in ea, quam dixi, imagine florae Danicae prave sunt exhibiti, et forma spectata et colore, ut verisimile videatur, ad exemplar male conservatum factos esse. In libro autem, qui inscribitur: *English botany*, flos optime est exhibitus. Varietatis β exempla ex montibus Altaicis insigni Dr. *Meyeri* debeo benivolentiae, sylvarum praefecti, qui nunc Göttingae habitat, hominis et in re botanica doctissimi et strenui hujus artis adjutoris.

LXXXVIII. POTENTILLA BIFLORA.

P. caule erecto apice subbifloro, foliis ternatis tenuissime pilosis, foliolis lateralibus profunde bipartitis terminale tripartito, segmentis linearibus integerrimis margine ciliatis.

Syn. P. (*biflora*) Conspect. Potent. herb Willd. in: Magaz. der Gesell. naturf. Freunde zu Berlin. Sieb. Jahrgang pag. 297.

Icon. Tab. XX.

Crescit in Sibiria orientali. ♃. (v. s.)

Descriptio.

Radix fusiformis crassa, extus fusca. Caules simplices, erecti, digitales, subnudi, apice subbiflori, rarius uniflori, in caespitem congesti, basi reliquiis foliorum praeteritorum annorum cooperti. Folia *radicalia* longe-petiolata, ternata, tenuissime pilosa, margine ciliata. Foliola sessilia, *lateralia* profunde bipartita, *terminale* tripartitum: segmentibus linearibus, integerrimis. Folia in summo caule plerumque duo, monophylla, linearia, stipulis insidentia. Stipulae petiolares lineari-lanceolatae, acuminatae, glabra, lineatae, membranaceae. Flores in singulis caulibus plerumque duo, terminales, pedicellati, ebracteati: pedicellis semiuncialibus dense villosis, incanis. Calyces basi villosi; laciniis aequali fere longitudine, margine villosis, *exterioribus* linearibus, obtu iusculis; *interioribus* duplo latioribus, ovatis, acuminatis. Corollam non vidimus. Receptaculum hemisphaericum dense villosum.

SPECIES IN QUAS INQUIRENDUM EST.

Plures Potentillas, quae in diversis libris vel ut novae designantur species, mihi autem incertae ac dubiae apparent, quia neque specimina ipsorum descriptorum inspiciendi occasio fuit, neque ipsae descriptiones satis sunt distinctae, ut inde de his plantis statui possit, vel ad eas species, quibus adnumeratae sunt, nobis non pertinere videntur, ad calcem enumerare optimum judicavimus, ne manca videretur opera haec nostra, neque eos non monitos relinqueremus, quibus fortasse erit occasio accurata copiosaque descriptione de his Potentillis certiores nos faciendi. Plantae autem sunt hae:

I. Potentilla (*fruticosa*) Loureiro Fl. Cochinchinens. Vol. 1. pag. 326. Crescit in provinciis borealibus Sinensibus. ♄.

Obs. Dubium adhuc mihi videtur, an planta a Loureiro descripta ad P. *fruticosam* referenda sit, cum spicam ipsi tribuat oblongam, simplicem paucifloram. Reliqua tamen quae de hac planta dicit P. fruticosae convenire videntur.

II. Potentilla (*corymbosa*) Pourret. Act. Tolos. Tom. 3. pag. 325. P. caule suffruticoso adscendente, foliis quinatis ternatisve villosis, floribus corymbosis. Pourret. l. c.

Crescit in Catalania.

III. Potentilla (*Dethomosii*) foliis quinatis radicalibus rariter septenatis, foliolis obovatis grosse dentatis utrinque sericeo-villosis, supra virescentibus subtus incanis, caule suberecto corymbifero, receptaculis hirsutis, petalis subrotundis emarginatis luteis. Tenore Synopsis novarum plantarum quae in Prodr. Flor. Neapolitanae anno

1811 — 13 edita describuntur. Neapol. 1815. pag. 50. Prodr. sup. 1. pag. 61. Fl. Neapol. Vol. 1. pag. 285. tab. 44.

Crescit in Pollino. ♃.

Media inter P. *rectam* et *argenteam*. A P. *argentea* differt foliis dentatis, non incisis; corymbis compactis, petalis emarginatis, magnitudine florum, nec non sericea hirsutie totius plantae. Tenore Synops. l. c.

IV. Potentilla (*Calabra*) foliis quinatis cuneiformibus multifidis utrinque tomentosis subtus candidissimis, caule prostrato, petalis calyce majoribus, receptaculo villoso. Tenore Synops. nov. plant. l. c. pag. 51. Prodr. sup. 2. pag. 67. Fl Neapol. Vol. 1. pag 287. tab. 45.

Habitat in saxosis montium Calabriae; al Pollino, alla Sila, a monte Cucuzzo etc.

P. *argentea* habet folia subtus tantum tomentosa minus incisa, et caulem erectum. Tenore Synopsis l c.

V. Potentilla (*dissecta*) erecta ramosa, glabriuscula, foliis quinatis foliolis pinnatifidis, laciniis integris acutis, floribus terminalibus subcorymbosis. Poir. Enc. bot. Suppl. Tom. 4. pag. 543. Pursh. Flora Amer. septentr. edit 2. Vol. 1. pag. 543.

Crescit prope Hudson's Bay. ♃.

VI. Potentilla (*pumila*) erecta subacaulis pubescens, foliis quinatis cuneiformibus apice dilatatis incisis subtus lanuginosis, pedunculis petiolo brevioribus simplicibus unifloris, petalis rotundatis calyce vix longioribus. Pursh. Fl. Amer. septentr. edit. 2. Vol. 1. pag. 354. Poiret. Enc. bot. Vol. 5. pag. 594.

Crescit in Canada et Virginia. ♃. Pursh. l. c.

VII. Potentilla (*trilobata*) villosa, foliis inferic[illegible], foliolis lanceolatis dentatis, foliis superioribus simpl[illegible], pedun-

culis axillaribus, calyce hirsutissimo, corollis magnis. Poiret. Enc. bot. Suppl Tom. 4. pag. 536.

P. *intermedia* Enc. bot Vol. 5. pag. 590. (exclus. syn.)

VIII. Potentilla (*angustifolia* pilosa, foliis *pinnatis*, foliolis apice dentatis linearibus superioribus quinatis inferioribus septenis, petalis vix calyce longioribus emarginatis, Poiret. Enc. bot. Suppl. Tom. 4. pag. 538.

P. *angustifolia*. De Cand. Fl. Franç. Vol. 6. pag 540.

P. *hirta*. Lapeyr. Fl. Pyren. pag. 289. (excl. syn) De Cand.

Crescit in Pyrenaeis orientalibus locis aridis siccis. ♃.

Obs. An re vera folia sint pinnata?

IX. Potentilla (*Bithynica*) foliis radicalibus quinatis: foliolis subrotundis obovatis, caulinis ternatis: foliolis oblongis, caule ramosissimo, calice longitudine corollae. Hornem. Supplement. Hort. bot. Hafniensis pag. 55.

Habitat in Bithynia ♃. intr. ex horto bot. Vindobonensi sub hoc nomine. Horn. l. c.

X. Potentilla (*declinata*) foliis inferioribus quinatis: foliolis lanceolatis profunde incisis, caulinis ternatis, caule prostrato, calycibus petalis longioribus. Hornem. l. c. pag. 56.

Habitat — —. intr. ex horto Vindobonensi sub hoc nomine. Horn. l. c.

XI. Potentilla *pulchra*. Langsdorff Bemerkungen auf einer Reise um die Welt. 2 Thl. pag. 67.

XII. Potentilla *ucranica*. Loddiges Catalogue of plants ed. 11. (1818) pag. 46.

XIII. Potentilla *vinosa*. Loddiges. l. c.

In fine mentio facienda Potentillae, quam Hoppius in agro Salisburgensi reperit satisque copiose descripsit in libro, qui inscribitur: Bota-

nisches Taschenbuch für das Jahr 1809. pag. 219—220, quam tum novam sine dubio speciem crediderit, nec peculiare nomen indidit. Quantum scio equidem nec postea hoc factum est, nisi ea hic planta intelligenda, quam nomine P. *fragariaefoliae* pluribus botanicis misit, in quorum ipsi vidi herbariis, quod mihi sane videtur probabile.

INDEX NOMINUM.

(Litteris, quas cursivas vocant, typotheta usus est in synonymis earumque specierum, quae dubiae nobis videbantur, nominibus.)

Leipzig,
gedruckt bei Johann Friedrich Glück.

VICIA GRAVIORA.

(Reliqua minoris momenti lectoris benegnitati commendantur.)

Pag. 6 lin. 16 pro lacum lege locum.
— 7 — 7 pro aureas lege aureos.
— 9 — 15 pro 463 lege 464.
— 10 — 22 pro Houcel lege Roucel.
— 14 — 3 pro foliorum lege foliolorum.
— 14 — 22 pro quae ipsa lege interiora.
— 16 — 21 pro ante lege annos.
— 17 — 2 ad Trichothalami adde notam Lehm. in: Nov. Act. Acad. Caesar. Leop. Carol. Naturae Curiosorum Tom. X.
— 17 — penult. pro Clariville Lege Clairville.
— 22 — 3 post foliis adde: pinnatis.
— 22 — 24 adde notam: Secundae hujus sectionis plantae a quibusdam scriptoribus in duas partes divisae sunt, quarum priores receptaculo nudo et a Nestlero receptaculo glabro, posteriores receptaculo villoso instructae dicuntur. In perpaucis priorum receptaculum inveni re vera nudum, in una tantum receptaculum omnino glabrum; quam ob rem hanc divisionem non admittendam puto omnino.
— 24 — 1 post caule adde: erecto.
— 24 — 3 pro calyce lege calyci.
— 25 — 4 post serratis adde: subretusis.
— 30 — 11 pro obovalis lege obovatis.
— 32 post lin. 23 adde: γ Amm. l. c. tab. 18. fig. 1. (medioc.)
— 33 — 21 pro nec. lege vel.
— 35 — 15 pro brevi, pedicellati lege brevi-pedicellati.
— 40 — 11 pro basi erecti lege erecti, basi.
— 42 — 13 pro Tr. lege Pr.
— 42 — 17 pro T. 2. P. lege T. 2. P. 2.
— 42 — 21 pro Gall. lege Poll.
— 43 — 5 eadem fig. ante Moris. Hist. del.
— 47 — 11 pro 373 lege 371.
— 47 — 18 pro Jouan lege Gouan.
— 47 — 23 pro rubeus lege rubens.
— 48 — 23 pro ternubus lege tenuibus.
— 49 — 14 pro intermistis lege intermixtis.
— 49 — penult. pro nomina lege nomine.
— 52 — 21 pro Fr. lege Pr.
— 56 — 9 pro nonnullos lege nonnullas.
— 56 lin. 14 pro ragulosis lege rugulosis.

Pag. 58 — 1 pro attenuata lege attenuatum
— 60 — 12 pro petalis lege petiolis.
— 64 — 1 pro SUPINA lege MULTIFIDA.
— 72 — 14 del. (medioc. eadem fig.)
— 72 — 16 del (eadem fig.)
— 74 — 7 pro Hanc. lege Haus.
— 74 — 22 pro foliorum lege foliolorum.
— 75 post lin. 6 adde: *Icon* Lehm. in: Nov. Acad. Leopold-Carolin. Naturae Curiosorum Tom. X.
— 76 — 12 pro cauliaque lege caulinaque
— 79 — 8 pro Besset. lege Besser.
— 80 — 9 del. (eadem fig. mala.)
— 80 — 10 del. (eadem fig. mala.)
— 80 — 14 pro glaneosis lege glareosis.
— 80 — 20 pro structi lege stricti.
— 80 — 21 pro euntis lege enatis.
— 80 — ultima. pro duobus lege duabus.
— 84 — 13 pro rubeus lege rubens.
— 84 — 14 ante Schrank lege ICON.
— 85 — 7 pro duobus lege duabus.
— 85 — 10 pro auctis lege acutis.
— 88 post lin. 18 adde ICON. Tab. VIII.
— 90 — 3 pro antici lege antice.
— 92 — 5 pro calyce lege calyci.
— 92 — 12 pro Gand lege Gaud.
— 93 — antepenult. pro obcordata lege obcordato —
— 93 — penult pro calyce lege calyci.
— 94 — 15 pro 345 lege 3715.
— 94 — 23 pro Ritz lege Retz.
— 104 — 2 pro duobus lege duabus.
— 106 — 9 pro Fl. lege Ic.
— 108 — 12 post Vol. lege 1.
— 108 — penult. pro Ritz lege Retz.
— 109 — penult. pro integra lege integrae.
— 117 — 3 pro sublongis lege suboblongis.
— 117 — 8 adde Clus. Hist. Vol. 2, pag. 106. fig. 1. (medioc.) J. Bauh. Hist. Vol. 2. pag. 398. fig. 2. (medioc.)
— 117 — antepenult. post tibus adde dense ciliatae. Flores inferiores longe-superiores.
— 118 — 9 pro T. 2. P. lege T. 2. P. 2.
— 119 — 10 pro Djilau lege Djilan.
— 128 — 16 adde Clus. Hist. plant. rar. Vol 2. pag. 105. f. 2. (bona.)
— 132 — 21 pro 1482 lege 1483.
— 133 — 10 et 11 del. (eadem figura)
— 143 — 3 pro acute lege acuta.

Pag. 145 lin. 14 (eadem fig.) del. ante J. Bauh.
— 145 — 16 (eadem fig.) del.
— 147 — 21 pro chire lege shire.
— 147 — 22 post Vol. lege 2 tab. 41.
— 150 — 1 pro T. 2. P. lege T. 2. P. 2.
— 151 — 10 post petiolata lege foliolis subrotundis.
— 151 — 10 post sessilia del. foliolis subrotundis.
— 158 — 14 pro Polleno lege Pollino.
— 158 — 19 pro instructi lege instructis.
— 166 — 18 pro cauline lege caulina.
— 167 — 4 pro Stamina brenissima lege Stamina brevissima.
— 168 — 2 pro ternatls lege ternatis.
— 170 — 3 pro trunatis lege truncatis.
— 177 — 10 adde Villars Fl. Delph. Vol. 3. pag. 563.
— 187 — 20 (eadem fig. mediocr.) del.
— 190 — 15 pro Fl. Dan. Vol. lege Fl. Dan. Vol. 5.
— 193 — 18 post villosis adde: foliolis linearibus, stipulis petiolo longioribus.
— 193 — 20 Catalania lege Catalonia.
— 194 — 1 pro edita lege edito.
— 194 — 19 pro 513 lege 355.
— 197 — 5 col. 1. pro 71 lege 72.
— 197 — 15 col. 1. pro 132 lege 133.
— 197 — 16 col. 1. pro 71 lege 72.
— 197 — 17 col. 1. pro 92 lege 95.
— 197 — 18 col. 1. pro 116 lege 117.
— 197 — 21 col. 1. pro Crantz lege Lam.
— 197 — 22 col. 1. pro 52 lege 53.
— 197 — 24 col. 1. pro 144 lege 145.
— 197 — 2 col. 2. pro 79 lege 80.
— 197 — 3 col. 2. pro 105 lege 106.
— 197 — 8 col. 2. pro 149 lege 150.
— 197 — 9 col. 2. pro 108 lege 109.
— 197 — 10 col. 2. pro 111 lege 112.
— 198 — 3 et 5 col. 1. pro augustifolia lege angustifolia.
— 198 — 5 col. 1. pro 44 lege 195.
Pag. 198 — 8 col. 1. pro 120 lege 121.
— 198 — 9 col. 1. pro 92 lege 94.
— 198 — 10 col. 1. pro 71 lege 72.
— 198 — 12 col. 1. pro 92 lege 93.
— 198 — 15 col. 1. pro 111 lege 112.
— 198 — 19 col. 1. pro 46 lege 195.
— 198 — 22 col. 1. pro 38 lege 194.
— 198 — ultima col. 1. pro 92 lege 95.
— 198 — 8 col. 2. pro 132 lege 133.
— 198 — 9 col. 2. pro 34 lege 193.
— 198 — 12 col. 2. pro 31 lege 32.
— 198 — 13 col. 2. pro 47 lege 195.
— 195 — 13 col. 2. pro 111 lege 112.
— 198 — 16 col. 2. pro Dethomosii pag. 36 lege Dethomasii pag. 193.
— 198 — 19 col. 2. pro 40 lege 194.
— 198 — 24 col. 2. pro Schleich. lege Schlechtendal.
— 198 — 26 col. 2. pro Herb. Juss. lege Desf.
— 198 — penult. col. 2. pro 31 lege 32.
— 199 — 14 col. 1. pro 31 lege 193.
— 199 — 17 col. 1. pro 37 lege 87.
— 199 — 19 col. 1. pro 31 lege 32.
— 199 — 30 col. 1. pro 92 lege 93.
— 199 — 2 col. 2. pro 105 lege 106.
— 199 — 4 col. 2. pro 94 lege 95.
— 199 — 5 col. 2. pro 120 lege 121.
— 199 — 10 col. 2. pro 79 lege 80.
— 199 — 13 col. 2. pro 111 lege 112.
— 199 — 22 col. 2. pro 162 lege 163.
— 199 — ultima col. 2. pro 108 lege 109.
— 200 post lin. 12 col. 1. adde nivalis Lapeyr. Num. 53. pag. 126.
— 200 — 15 col. 1. pro 92 lege 95.
— 200 — 20 col. 1. pro 120 lege 121.
— 200 — 21 col. 1. pro 108 lege 109.
— 200 — penult. col. 1. pro 79 lege 80.
— 200 — 15 col. 2. pro 48 lege 195.
— 200 — 16 col. 2. pro 41 lege 194.
— 200 — 25 col. 2. pro 86 lege 87.
— 200 — 28 col. 2. pro 111 lege 112.



Potentilla Salesovii.

F. Guimpel sculp.



Potentilla geoides.




Potentilla Sprengeliana.

F. Guimpel sculp.



Potentilla fragarioides.



Potentilla Sanguisorba



Potentilla sericea.



Potentilla laciniosa.

F. Guimpel sculp.



Potentilla hirta



Potentilla Taurica.



Potentilla Guntheri.

F. Guimp. f.



Potentilla petraea.

F. Guimpel sc.



Potentilla flagellaris.

Tab. VIII



Potentilla nemoralis.



Potentilla elatior.

F. Guimpel sculp.



Potentilla fragiformis.



Potentilla villosa.

F. Guarzza

Tab. XVII.



Potentilla nana.



Potentilla uniflora.



Potentilla uniflora



Potentilla angustifolia.

F. Guimpel fc.



Potentilla biflora.

F. Guimpel sculp.